# SCHEMATISMUS

## VENERABILIS CLERI GRAECI RITUS CATHOLICORUM

## DIOECESIS EPERJESIENSIS

PRO ANNO DOMINI

1903.

AB ERECTA SEDE EPISCOPALI ANNO 83.



EPERJESINI,
TYPIS ARPADI KÓSCH
1903.



Michael Bradács,

Canonicus Munkacsiensis, consecratus Episcopus Doryllensis, Suffraganeus Episcopi Munkacsiensis, zelosissimus Vicarius foraneus Cassoviensis ab a. 1790–1812.

# SCHEMATISMUS

## VENERABILIS CLERI GRAECI RITUS CATHOLICORUM

## DIOECESIS EPERJESIENSIS

PRO ANNO DOMINI

1903.

AB ERECTA SEDE EPISCOPALI ANNO 83.



EPERJESINI,
TYPIS ARPADI KÓSCH
1903.

# PATRONUS

## DIOECESIS EPERJESIENSIS:

# S. JOANNES BAPTISTA.

# BREVIS HISTORIA
## DIOECESIS EPERJESIENSIS.



## II.[1]

### De dismembratione dioecesis Munkacsiensis et erectione novae eparchiae Eperjesiensis ac eius fatis.

Post obitum Munkacsiensis episcopi, immortalis memoriae, ANDREAE BACSINSZKY (19. Novembris 1809), anno 1810. duo vicarialia consistoria, Munkacsiense utpote ac Eperjesiense de eo strenue cogitare coeperant, ut perampla dioecesis Munkacsiensis, eotum 711 parochias complectens et per tredecim comitatus extensa, in plures dismembretur eparchias; siquidem unius quantumcunque zelosi ac vigilantis ordinarii activitatem superet tanta moles regiminis, praesertim ad notabiliorem distantiam et numerum subiectorum extensa.

His itaque e rationum momentis capitulum Munkacsiense, cleri quoque foranei tam eiatis, quam et Eperjesiensis voto conformiter, necessitatem divisionis 1810. adhuc anno Suae Maiestatis Francisci I. Regis Hungariae obtutui supplex substravit.

Nec abnuit optimus Monarcha iusto huic desiderio, atque clementer ordinavit, ut circa grave isthoc obiectum, diplomatico-systematice concertetur, in specie vero deputati dioecesani audiantur; quapropter factis apud Excelsum Con-

[1]) I. vide in Schematismo dioecesis Eperjesiensis pro anno Domini 1898.

silium Regium Locumtenentiale Hungaricum congruis ordinibus, deputatos dioecesanos, ad publicas expensas Budam evocari disposuit.

In obsequium huius clementissimae dispositionis regiae Joannes Kutka, vicarius eotum generalis capitularis Munkacsiensis, Michael Bradács episcopus suffraganeus, vicarius per districtum Cassoviensem aeque generalis, Gregorius Tarkovics, librorum penes regiam universitatis typographiam Budensem censor, omnes tres capituli Munkacsiensis canonici, cum uno secretario et scriba, Budam constituti, in commissione ecclesiastica partem ceperunt, expensoque in eadem commissione vastissimae huius dioecesis Munkacsiensis statu, illud favorabile obtinuerunt votum, ut necessitas exoptatae divisionis dioecesis decreta fuerit, ac erga propositionem excelsi dicasterii, Sua Maiestas Sacratissima vigore benigni decreti aulici[1]) ad facilius reddendum populi graeco-catholici in spiritualibus regimen erectionem novi episcopatus Eperjesini cum capitulo, et cum ea connexam episcopatus Munkacsiensis dismembrationem benigne resolvere dignata fuerit, unaque inter caetera praecipere, ut ad effectuandam altissimam resolutionem necessariae praeparatoriae dispositiones mox dimittantur et subinde individua dotibus canonice requisitis praedita ad episcopatus Munkacsiensem et Eperjesiensem nominanda proponantur.

Benigna hac resolutione edita, Serenissimus Regni Hungariae Palatinus Josephus, auditis quibusdam episcopis vicinis ritus latini et graeco-catholicis Magno-Varadinensi et Crisiensi, prout et vicario capitulari Munkacsiensi, habita item tum exemplaris vitae, quum reliquarum etiam pro dioecesano episcopo requisitarum qualitatum reflexione, pro episcopatu Munkacsiensi Alexium Pócsy, cathedralis Ecclesiae Magno-Varadinensis Primicerium Canonicum, pro episcopatu vero Eperjesiensi Gregorium Tarkovics, Ecclesiae

---

[1]) ddtto 3. Novembris 1815. Nro 13,997 emanati.



Gregorius Tarkovics,

I. Episcopus dioecesanus

ab a. 1821–1841.

cathedralis Munkacsiensis aeque Primicerium Canonicum, et eotum Vicarium Generalem Capitularem benigno gratiose proponere dignatus est. Eiusmodi propositione ac commendatione per Excelsam Cancellariam Regiam in sessione 26-tae Jan. 1816. probata, eadem reipsa Suae Maiestati proposita fuit.

Una vero eadem Cancellaria, amplioris selectus causa, praeter praedictos duos viros adhuc pro episcopatu Munkacsiensi Simeonem Bran, canonicum scholasticum Magno-Varadinensem, pro Eperjesiensi vero Joannem Olsavszky, canonicum Munkacsiensem cartophilacem proposuit. Erga quam itaque Cancellariae propositionem Sua Maiestas his formalibus denominationem subscribere dignata est:

„In episcopum Munkacsiensem Alexium Pócsy cath. ecclesiae Magno-Varadinensis canonicum cantorem, et in Eperjesiensem Gregorium Tarkovics canonicum et vicarium capitularem Munkacsiensem denomino. Desensait die 19. Martii 1816. Franciscus m. p."

His taliter altissimo loco gestis, neonominato episcopo Tarkovics per vice-cancellarium principem Franciscum Koháry, vigore praesidialium[1]) insinuatur, eum in episcopum Eperjesiensem esse nominatum. Sed ille tantum abest, ut collatum sibi episcopatum cum animo apprehenderet, quam potius defectu residentiae episcopalis, ecclesiae restaurationis necessitate et requisitae sacrae supellectilis procuratione territus, eandem dignitatem dato ad Suam Maiestatem[2]) supplice libello, praetextuata grandi aetate, deprecatus fuerit, semetque penes simplex canonicale beneficium ecclesiae Munkacsiensis retinere petierit. Ast virtute benigne gratiosi[3]) intimati positive provocatus, num declarationi suae porro quoque inhaereat? Consilio enim mediante decreto aulico iniunctum fuit, ut recusante Tarkovics, aliud individuum pro episcopatu Eperjesiensi aptum proponat.

---

[1]) ddto 22. Martii 1816. Nro 4147 emanatarum.

[2]) ddto 11. Maii 1816.

[3]) ddto 29. Octobris 1816. Nro 31,033.

Idem Gregorius Tarkovics, data mox ad Excelsum Dicasterium repraesentatione, declarat: quod recte eo tempore, dum benigna sui in episcopum interventa nominatio supervenisset, infirmitate gravatus, non tam de episcopatu, quam aeterna animae salute cogitaverit et ideo clementissime sibi destinatam gratiam deprecari debuerit. Nunc vero licet grandaevae aetatis suae circumstantiae porro quoque id suadere viderentur, nihilominus Altissimae Regiae intentioni prompte pariturum se declarat.

Eiusmodi declaratione Altissimo Loco substrata Excelsa Cancellaria Regia votum suum Altissimo obtutui in sequentibus proposuit et quidem:

1. Ut, cum pro residentia episcopali Eperjesiensi idem monasterium PP. Minoritarum cedere debeat, quod pro vicario ante dismembrationem dioecesis designatum fuit, pro eius vero adaptatione requisiti sumptus iam ante biennium resoluti habeantur, sed eorum depensio ad futuri episcopi denominationem dilata fuerit, eidem episcopo Tarkovics illico post eliciendum iuramentum extradentur, eique aedificatio residentiae committatur.

2. Ut 6000 floreni, quos episcopus Munkacsiensis e bonis sui episcopatus, a die nominationis, seu ab aditu episcopatus ad fundum religionis dependere debet, usque futuram episcopi Eperjesiensis introductionem, pro illa temporis rata circiter 5000 flnorum summa, eidem Eperjesiensi episcopo ita e fundo religionis enumeretur, ut ille requisita apparamenta et supellectilem sacram ex hoc peculio procurare teneatur.

3. Cancellaria Regia sincere fatetur, quod ex illa 6000 flnorum in parato tantum aere, clementer defixa dotationali summa, etsi solus tantum cum exigua familia domi vitam duxerit, episcopus pro sua dignitate, etiam faventioribus temporibus cum decore subsistere non possit, quin egestate, curis et sollicitudine vitae quomodo sustentandae perpetuo agitetur. Ut autem visitandae peragrandaeque dioecesi suae,

ut requisitae, vel erga venturos ad se subordinatos animarum curatores hospitalitati, ut egenorum et viduarum, pupillorumque calamitati levandae, quod tamen populi illius cultus non minus, quam salutis animarum cura ab ipso deposcet, ex tenui illo stipendio aliquid succidat, est prorsus impossibile.

Malo huic episcopum istum novum magnopere gravaturo occurrere volens Cancellaria Regio-Aulica, iam tunc quando operatum dismembrationis dioecesis Munkacsiensis substernebat, opinabatur, dotem episcopi eiusdem in bono aliquo immobili, ad fundum religionis pertinente, et ad vices 8000 florenorum conscriptionaliter adiustando, ea ratione excindendam videri, ut in huius vicem beneficium quodpiam simplex suo tempore vacaturum, fundo religionis, aliis etiam viis iam dimminuto clementer adiiciatur.

Cum interim Suae Maiestati visum fuerit, pro dote episcopi Eperjesiensis tantum 6000 flnos e fundo religionis pendendos in parato defigere, ideo Exc. Cancellaria Aulica sollicitudinem eiusdem episcopi gratiose sublevatura, in eo Suae Maiestati preces suas addidit, ut ex praeadductis rationibus dotem hanc, si in parato subsistere debeat, ex augusta clementia benigne adaugere dignetur.

Ad hanc favorabilem propositionem Sua Maiestas medio Archiducis Rainerii sequentem dedit benignam resolutionem:

„Declaratione neonominati episcopi Eperjesiensis, Gregorii Tarkovics pro statu notitiae sumpta, relate ad 1. et 4. sollicitudinis punctum opinionem Cancellariae ratihabeo, et quoad 2. et 3. episcopo Tarkovics pro comparandis sibi requisitis apparamentis et supellectili sacra ter mille florenos e fundo religionis, nec non pro interimali meliore sustentatione 50 procentuale, a die depositi iuramenti inchoandum, ad tempus pro officialibus meis duraturum adplacidare volo; ceterum Cancellaria mihi quoocius propositionem substernet, qua modalitate episcopatus hic Eperjesienis bonis immobilibus convenienter dotari valeat. Vienne 8. Julii 1817. Ad Altissimun Mandatum Suae Maiestatis: Rainerius m. p."

Benignae huius resolutionis Regiae ad effectum[1]) emanato intimato, in nexu iam alterius[2]) editi intimati significatur: Suam Maiestatem resolvisse, ut sumptus illi, qui pro finali monasterii Minoritarum, quod antea pro vicario deputatum fuit, nunc autem pro residentia episcopali cedendum est, adaptatione iam resoluti sunt, episcopo Tarkovics illico, utprimum iuramentum apud Consilium Regium deposuerit, extradentur, residentiae finalem exaedificationem eidem episcopo concredendo; dein pro requisitis apparamentis ecclesiasticis et supellectili sacra 3000 flnos e fundo religionis, nec non praeter temporaneam in 6000 florenis emensam dotationem, adhuc pro interimali meliore subsistentia subsidium 50 procentuale a die depositi iuramenti inchoandum assignentur. Ac taliter episcopo iam utcunque interimaliter dotato, dismembratione vero dioecesis Munkacsiensis iam per ordinationem Regiam[3]) ita stabilita, ut episcopo Munkacsiensi 464, Eperjesiensi 188 et Magno-Varadinensi 72 parochiae cedant, benigne gratioso[4]) intimato praecipitur, ut tam 30,000 flnorum subsidionalium, quam et aliarum dioecesis Munkacsiensis fundationum, uti et numeri deficientium ac iunioris cleri proportionata repartitio fiat, relicta episcopis in conformitate ordinum[5]) ab Altissimo Loco, et ab Excelso Consilio Regio dimissorum, si quae fundatae occurrerent reflexiones suas tempore suo faciendi facultate.

Praemissae itaque dispositiones, ut effectu etiam coronentur, supra adducta 8-ae Julii 1817 benigna resolutio Regia, via Excelsi Consilii[6]) edito intimato ad suas competentias cum eo nota redditur, ut neonominato episcopo Gregorio Tarkovics, interea etiam donec ulterior resolutio de eius

---

[1]) ddto 16. Sept. 1817. No 27,353.
[2]) ddto 29. Julii 1816. No 22,807.
[3]) ddto 3. Nov. 1815.
[4]) ddto 30. Sept. 1817.
[5]) ddto 1. Martii 1816. No 2805.
[6]) ddto 27. Apr. 1818. No 12,227.



Ecclesia Cathedralis cum residentia episcopali.

provisione emanatura est, dotationalis competentia in annuis 6000 flnis cum 50 procentuali caristiali adiuta e fundo religionis, a die nominationis effective exsolvatur, salarium tamen vicarii Cassoviensis sistatur.

Tali in statu constitutus episcopus, qui iam a duobus fere annis Viennae commorabatur, usque ad consummandum negotium dotationis suae ac capituli, Viennam relinquere integrum non videbat, sed evocato ad se Andrea Chira, secretario officii vicarialis Munkacsiensis, opera usus, ratione dotationis suae, iam nunc strenue agere coepit, immobilia bona, iuxta Altissimam ideam sibi conferri petendo, nec absque effectu. Optimus namque Monarcha sanctam suam circa provisionem episcopatus Eperjesiensis intentionem explere volens, effectuationem huius intentionis Cancellariae suae Aulicae in mandatis dedit, in cuiusmodi mandati sequelam, posteaquam instanti episcopo medio praesidialium comitis Erdődy Cancellarii Aulici[1]) emanatarum benigne intimatum fuisset, quinimo in sequelam Regii huius decreti idem supplicans episcopus, medio aliarum principis Koháry procancellarii[2]) editarum praesidialium de eo audiendus extitisset, an idem administrationem boni fundi religionis Lechnicz, in comitatu Scepusiensi situati, ea tamen lege in se assumere velit, ut ex annuis eiusdem in 11,692 flnis 42 xris conscriptis proventibus, pro mensa episcopali 6000 flnis et pro capitulo 5000 flnis supputatis, residuos adhuc 692 flnos 42 xros pro cathedralis ecclesiae dote relictos, eiusdem cathedralis ecclesiae cassae inferre, una vero emensas singulis canonicis ratas in parato dependere, illisque 50 procentualem caristialem adiutam, ad tempus per quod haec pro caesareo-regiis officialibus dependetur, duraturam praestare obligetur?

Eiusmodi benignam Suae Maiestatis Regiae propensionis gratiam idem episcopus cum veneratione quidem ex-

---

[1]) ddto 11. Julii 1817. No 8806.

[2]) ddto 17. Apr. 1818. No 4707.

cepit, atque[1]) responsi instar in obsequium praecitatarum praesidialium reposuit: quod bona immobilia, quaecunque demum pro episcopi, capituli et ecclesiae cathedralis dote benigne attributa fuerint, ipse in sensu gratiosarum praecitatarum praesidialium administrare, una tamen subin de resolvendorum bonorum statu, cum capitulo transactionem instituere, eamque Altissimae ratificationi substernere paratus sit, interim tamen in locum boni Lechnicz potius pro bono Mislye in dotem episcopatus et cathedralis ecclesiae, bono vero Boroszló pro dote capituli benigne conferendo supplex fuit.

In sequelam supplicis huius libelli[2]) emanavit ad Consilium Hungaricum benignum Decretum, quo Dicasterio huic committitur, ut attentis, quae in praemisso recursu adducuntur, pondere suo haud carentibus motivis, opinionem suam eatenus depromat et si petita bona Mislye et Boroszló e fundatis nefors rationibus pro dotatione episcopatus et capituli deputari non possent, alind bonum hunc in finem proiectet.

Interim idem Dicasterium penes conceptam suam opinionem mansit, pro dotationeque episcopi, capituli et ecclesiae cathedralis bonum Lechnicz, ac in quantum illud 13. millia florenorum, quae ad dotationem hanc requirebantur, non adaequaret, in tantum etiam curiam Varannó cum portionibus Krajnyensibus huic adiiciendum censuit, quod etiam effective Suae Maiestatis ratihabitionem obtinuit, praeallataque bona pro dotatione neo-creati huius episcopatus decreto aulico[3]) ita resoluta sunt, ut utrumque hoc bonum per episcopum administretur. Insuper vero ecclesiae cathedrali pro comparandis apparamentis ecclesiasticis et primae necessitatis supellectili 4000 flni conv. mon., episcopo vero ad eundem finem, pro sacello 3000 flni aeque conv. mon., praeter

---

[1]) ddto 26. Febr. 1819.
[2]) ddto 27. Nov. 1818. Nro 14,515.
[3]) ddto 7. Julii 1820. Nro 1895 edito.

illos 3000 flnos valutales, qui tenore intimati 16. Sept. 1817. editi, iam hoc scopo eidem episcopo e fundo religionis resoluti et exsoluti sunt, e vacantium episcopatuum reditibus applacidantur.

Cum vero virtute praecitati decreti aulici, utpote bonorum administrationem episcopo deferentis, circa partitionem proventuum determinatum haud fuerit, ideo Cancellaria Aulica e sessione die 14. Julii 1820. celebrata illam Suae Maiestati fecit propositionem, ut attacta fundationalia bona in 13. vel 14 partes dividantur, e quibus episcopus suam, capitulum item aliam, ecclesia cathedralis vero et fiscus consistorialis tertiam obtineat partem. Qua propositione Altissimo Loco probata, Consilio Hungarico eo addito intimatum est, ut attacta bona pro dotatione beneficiatorum et ipsius novae ecclesiae cathedralis benigne attributa, episcopo Gregorio Tarkovics a 16-ta Julii 1820, qui terminus pro praescissionali calculo assumptus est, una cum litterariis omnibus instrumentis, bona eadem attinentibus, resignentur et 6000 flni una cum 50 procentuali adiuta penes fundum religionis sistantur.

Hac resolutione igitur regia stabilita, atque capitulo Eperjesiensi e quinque canonicis, utpote: praeposito maiore cum 1000, lectore cum 900, cantore cum 800, custode cum 700 et scholastico cum 600 florenis annuis ita decreto atque instituto ut titulo quarterialis census quivis canonicorum singillatim 200 flnos, qui in summa 1000 flnos efficiunt, participet, taliterque capitulo pro integra dote 5000 flni obveniant, et hac resolutione regia per gratiosum [1]) emanatum intimatum publicata, neo-constitutum atque nominatum capitulum Eperjesiense, die 6. Augusti 1820. solenniter introductum, ecclesiaque hac antea vicariali per bullam pontificiam, in cathedralem evecta, post solennem bullarum pontificiarum et collationalium regiarum in hac iam novissime cathedrali ecclesia institutam publicationem sua modalitate

---

[1]) ddto 16. Maii 1820. Nro 12,445.

incardinatum atque installatum est. Et haec est effectiva erectio novae dioecesis Eperjesiensis.

Superius mentionata Cancellariae Aulicae propositio relate ad divisionem proventuum in 13. proportionatas partes iam plenarie probata,[1]) Consilii Regii intimato decernitur finaliter, ut ex proventibus collationalium bonorum Lechnicz et Varannó, ac portionibus Krajnyensibus in tredecim partes divisis, episcopo sex, capitulo quinque et ecclesiae cathedrali duae partes attribuantur. Taliterque iam negotium dotationis penitus consummatum est.

Terminatis itaque Deo favente omnibus, quae ad constabiliendum episcopatum Eperjesiensem desiderabantur, publicatisque canonisationis bullis et resignatis episcopo Eperjesiensi, non ut propositum fuerat 188, sed 194 parochiis in 5 archi-diaconatus et 17 vice-archidiaconales districtus repartitis, velut novam dioecesim Eperjesiensem a Munkacsiensi iam penitus independentem et suis limitibus circumscriptam constituentibus,[2]) emanato intimato dispositum est, ut habita cum episcopo Munkacsiensi mutua cointelligentia, fundi ac fundationes, item subsidium e 30,000 flnorum consistens, clerus iunior, numerus deficientium, fundus viduarum, nec non cassa piarum fundationum, in sensu emanatorum, ordinum altissimorum, inter ambas dioeceses proportionate dividatur, acta vero et archivum novam dioecesim Eperjesiensem concernens, eidem tribuatur.

---

Superatis igitur omnibus ad provisionem dioecesanam quam maxime spectantibus satis arduis negotiis, novus episcopus Gregorius Tarkovics tandem urbi Viennae valedixit, postquam eam tribus integris annis cum exigua provisione incoluisset, terminatisque Budae et Strigonii apud metro-

---

[1]) ddto 10. Dec. 1820. Nro 30,869.
[2]) ddto 24. Oct. 1820. Nro 27,409.



INTERNUM ECCLESIAE CATHEDRALIS.

politam officiosis suis necessitatibus, tandem die 17-ma Novembris 1820. Eperjesinum appulit, per capitulum aliumque clerum cum solatio exceptus, ad monasterium abolitorum PP. Minoritarum, quod iam antea qua vicarius incoluerat, nunc vero pro residentia episcopali resignatum erat, descendit et in hoc desolato quarterio usque dies vitae, instar monachi, in summa patientia habitavit. Sed molestiis tam longi itineris fractus, praesertim vero ideo, quod in tota fere via, dempto Strigonio, ubi apud fratrem suum Basilium Tarkovics, civitatis Strigoniensis eotum iudicem, duas septimanas exegit, et Buda, ubi apud patres Capucinos itidem duas septimanas moratus est, ex pietate et, ut dicebat, ne ecclesiasticam dignitatem profanaret, ad cauponam praeter necessitatem nocturnae quietis descendere noluerit et ideo saepe solo crudo pane usus, iam Miskolczini tanta infirmitate correptus est, ut Eperjesinum semivivus tantum venerit.

Morbo sanato de consecratione sui cogitans, cum vero et ipse, ut Eperiesini publicum hunc, cum ingentibus sumptibus coniunctum actum declinet, et episcopum Munkacsiensem Alexium Pócsy, tunc tantum sedem episcopalem adeuntem, adeoque omnium egenum et oneribus gravatum, ab iisdem expensis liberet, prudenter constituit, consecrationem sui privatim in monasterio Krasznobrodensi suscipere, quo fine praememoratum episcopum Munkacsiensem ad dictum monasterium fraterne evocavit, ibidemque in praesentia capituli et numerosi cleri sui die 17. Junii 1821. seu dominica prima post Pentecosten, gratiam consecrationis nullo alio episcopo — tantum in defectu — solennitati assistente, accepit.

Inde ad cathedram suam episcopalem redux et coram capitulo suo privatim installatus, gubernium dioecesis, quod ad hocce tempus a die videlicet installationis capituli, — Joanne Olsavszky vicario foraneo ad capitulum suum Munkacsiense remeante, — Joannes Méhay, praepositus maior, vicaria potestate gerebat, — feliciter recepit.

Et sic resignatis sibi per Michaelem Koronay exmissum regio-cameralem officialem, capituloque suo mense adhuc Decembri 1820. bono Lechnicz et mense Februario 1821. bonello Varannó cum portionibus Krajnyensibus, activitatem ordinariam pleno iure assumpsit. Et haec sunt prima dioecesis Eperjesiensis incunabula.

Suscepto regimine dioecesano, novus episcopus pro receptione archivi dioecesani, segregationeque actorum, hanc dioecesim respicientium, canonicum Basilium Hodobay cum fisco consistoriali Petro Podhajeczky Ungvarinum expedivit, qui etiam acta haec recepta horsum adtulerunt.

Intimato[1]) Exactoratus Locumtenentialis Hungarici fundi dioecesani tali modo sunt adrepartiti, et quidem iuxta calculum exactoralem:

1. Pro seminario, seu cleri iunioris educatione, e fundo dioecesis Munkacsiensis 5881 fl. 4 xr. efficiente dioecesi Eperjesiensi obvenient 1517 fl. 43 xr.; titulo item vinealis proventus, (quia seminarium Ungvarinense possidet vineam, per canonicum Gaál legatam, adeoque integrum seminarii fundum respicientem) 40 fl. 55 xri; in capitalibus vero 3163 fl. 39 xr., cuius annuum interusurium 189 fl. 49 xr. efficere debebunt et sic clericos dioecesim hanc respicient:

| | |
|---|---|
| In seminario generali Pestiensi .. .. .. .. .. .. .. | 2 |
| In seminario primatiali Tyrnaviensi .. .. .. .. .. | 5 |
| In caesareo convictu Viennensi .. .. .. .. .. .. .. | 3 |
| In seminario episcopali Ungvarinensi .. .. .. .. | 10 |
| In fundatione extraseminariali .. .. .. .. .. .. .. .. | 12 |
| Universim .. .. | 32 |

pro quorum intertentione, duobus Pestinensibus et tribus Viennensibus et illis quidem e proprio seminarii Pestinensis fundo, his vero e fundo regulatorum episcopatuum alendis, ad rationem numeri 27 alumnorum, supputato vineali et inter-

[1]) ddto 14. Januarii 1823. Nro 57.

usuriali cum 230 fl. 44 xr. proventu e fundo regulatorum episcopatuum .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. 1517 fl. 43 xr. et e fundo religionis .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. 3838 „ 12 „ assignantur.

2. Fundum defficientium sacerdotum efficiunt 4541 fl. 47 xr., cuius census 272 fl. 30 xr., e quo fundo seu capitali dioecesi Eperjesiensi obvenient 1203 fl. 41 xr. e censu vero 72 fl. 13 xr. Deficientes dioecesi huic obtingent 6, quorum intertentio singillatim à 300 fl. annuis computata cum 1800 flnis efficiet, ideo ex fundo regulatorum episcopatuum ad praeviam 72 fl. 13 xr. addentur et assignabuntur .. .. 1727 fl. 46 xr.

3. Subsidium cleri antea in 30,000 flnis universim resolutum, dioecesi quidem huic in 7950 fl. 49 xr. competit, sed subtractis abhinc congrua donatis parochiis, nonnisi in 7725 fl. 49 xr. assignatur.

4. Viduarum et orphanorum capitalia 58,061 fl. 29 xr. efficiunt et ex his dioecesi Eperjesiensi 15,387 fl. 53 xr. obtingent (ubique intelligendum valutales).

Stabilita itaque tantisper episcopatus fundatione, non iam aliud peremptorie necessarium evasit, quam ecclesiae antea PP. Minoritarum, in cathedralem evectae, ad ritum graecum seu orientalem adaptatio, residentiae episcopalis, pro qua rancidum ac in ruinis consistens monasterium abolitorum PP. Minoritarum destinatum fuit, reparatio, vel rectius aedificatio et cleri foranei systematica dotatio.

Quod primum attinet, illud in piis desideriis semper tantum manserat, quia utut episcopus Tarkovics, ut superius dictum est, pro adaptatione ecclesiae directe 4000 flnos conv. monetae e fundo regulatorum episcopatuum anno adhuc 1820. assignatos effective perceperit, usque annum attamen 1845. negotium isthoc adhaesit, quia episcopus Tarkovics acceptos 4000 flnos per dies vitae apud se detinuit, qui nonnisi, pertractatione finali eiusdem caducitatis, sunt restituti.

Et ita episcopus Tarkovics nobilissimum isthoc negotium sicut et alia negotia successori suo inchoanda et exi-

genda reliquit, praeterquam quod duae laterales capellae seu parecclisiae, una Exaltationis S. Crucis, altera SS. AA. Petri et Pauli, adhuc sub episcopo Tarkovics anno 1835. ex integro renovatae, novisque aris instructae et per celebrem pictorem Josephum Miklóssy, origine Alsó-Szlovinkensem, pictae siut. Capella vero ad portam Protectionis Beatae Mariae Virginis, iam prius renovata et nova ara instructa exstitit.

Quod vero aliud summe necessarium obiectum, seu aedificationem residentiae episcopalis attinet, illud aeque absque effectu mansit et solummodo ab episcopo successore anno 1848. plenarie consummatum est.

## De capitulo.

Capitulum Eperjesiense per Augustissimum Regem Hungariae Apostolicum Franciscum I. erectum[1]) et per Summum Pontificem Pium VII. die 22. Septembris 1818. canonisatum ac die, uti dictum est, 6-ta Augusti 1820. installatum, tempore erectionis suae e quinque constabat canonicorum stallis.

Primi neoerecti huius capituli canonici fuerunt sequentes: Joannes Méhay praepositus maior, Michael Kanyuk lector, Basilius Hodobay cantor, Andreas Chira custos et Joannes Habina scholasticus.

Ex hoc primo capituli collegio omnium primus desideratus est iunior seu scholasticus Joannes Habina, die 1. Decembris 1823. vita functus, cuius tamen stallum vacans relictum, fundo viduo-orphanali fructificavit. Hunc ad aeternitatem secutus est canonicus lector Michael Kanyuk die 22. Novembris 1832., tandem praepositus Joannes Méhay die 28. Januarii 1835. ad beatam vitam translatus. Attunc duo manserunt iam tantum capitulares, Basilius Hodobay, vir septuagenarius et bis ictu hemiplectico tactus paralyticus et Andreas Chira, qui tamen priore paralytico collega suo aegroto, totum capitulum merito constituit.

---

[1]) Virtute benignae resolutionis ddto 6. Febr. 1816. intimatae.

Ideo facta tandem nova per episcopum Tarkovics propositione, novum capitulum isthoc die 3. Decembris anno 1835. novitus completum est, et quidem: Andrea Chira ad stallum praepositi maioris, Basilio vero Hodobay (quamvis de ordine senii ad vacans praepositi stallum promoveri debuisset, illud tamen deprecatus, stallum hoc canonico custodi praetermisit) ad stallum lectoris gradualiter promotis, in stallum cantoris canonici nominatus est Basilius Popovics, ab anno 1822. secretarius episcopi Gregorii Tarkovics ac notarius consistorialis. Occasione huius graduationis in vacans custodis canonici stallum nominatus est Josephus Gaganecz, in vacans scholastici canonici stallum autem Michael Jakovics.

Novo taliter, ut praemissum est, capitulo die 3. Decembris anno 1835. ordinato, non diu permissum fuit concordibus frui suis individuis; enim vero cantore canonico Basilio Popovics die 16. Martii 1837. in episcopum Munkacsiensem clementer translato, lectore vero canonico Basilio Hodobay die 10. Maii 1840. et praeposito capituli Andrea Chira die 17. Maii aeque anno 1840. ad aeternitatem evocatis, duo capitulares canonici, Josephus utpote Gaganecz et Michael Jakovics manserunt superstites, cuncta onera capituli et regiminis dioecesani supportare necessitati. Josepho autem Gaganecz, qua vicario generali capitulari, ab obitu episcopi Gregorii Tarkovics (16. Januarii 1841.), in episcopum Eperjesiensem die 13. Julii 1842. denominato, capitulum Eperjesiense constituit solus et unicus Michael Jakovics, eotum scholasticus canonicus, qui cuncta capitularia obibat munia.

### De bibliotheca Kovácsiano-dioecesana.

Inter multifaria et gravia negotia, quae primum episcopum Gregorium Tarkovics, ante aditum episcopatus, Viennae praeliminariter terminare oportuit, numerabatur etiam anxia sollicitudo erigendae aliquatenus bibliothecae dioecesanae; ad quod institutum erigendum aliarum quoque organisata-

rum dioecesium imitatione dignis exemplis incitabatur. Factum est, quod egenus licet ille episcopus, resolutos a die interventae nominationis in episcopum Eperjesiensem defixos congruae episcopalis proventus, primis eiusdem episcopatus necessitatibus ita impendere studuerit, ut neque coëmendorum pro fundanda bibliotheca dioecesana librorum oblivisci voluerit. Dum vero taliter procurationi librorum pro fundamento erigendae cum tempore bibliothecae dioecesanae deservuturorum conatus intenderet, Providentia divina pientissimum animum viri, spectabilis quippe Joannis Baptistae Kovács Agriensis, singulari nutu suo et benignissime flectere dignata est, quod is non tantum amplam, ad plura utpote millia volumina assurgentem et rarioribus quoque operibus conspicuam suam bibliothecam, prout et amoenam mapparum geographicarum, atlantumque collectionem rara liberalitate novellae dioecesi Eperjesiensi terfausta die 1. Maii anno 1819. generose obtulerit, verum insuper, pro ulterius adhuc comparandis libris pecuniarium etiam succursum munifice adpromiserit. Huic nobili promisso depositis die quidem 29. Septembris 1819. 400 flnis conv. monetae, die vero 28. Junii 1820. iterum 200 flnis conv. monetae expleto, et ad Altissimam quoque notitiam perlato, dignata est Sua Maiestas Sacratissima eidem fundatori Altissimam Suam complacentiam benigne testatam facere.

At vero hic nondum conquievit beneficiis innutritus optimi fundatoris animus, sed ad augendum fundum, ex quo continuum caperet bibliotheca incrementum, quolibet durante sua vita anno, pro augmento eiusdem bibliothecae 80 flnos conv. mon. die 15. Augusti 1820. resolvit et ad effectum huius resolutionis die 16. Julii 1822. anno 80 flnos conv. mon., anno vero 1823. die 29. Julii 416 fl. 44 xr. valutales, item anno 1825. die 17. Decembris 245 fl. 6 xros val. et die 5. Julii eiusdem anni 208 fl. 51 xros val. deposuit.

Quia tamen porro observavit, quod intenta bibliothecae efflorescentia et conservatio ne per praeenarratam quidem,

utut in se omnino liberalem resolutionem efficaciter obtineri possit, nisi eadem bibliotheca stabili aliquo et non ad tempus duntaxat vitae humanae restricto fundo dotata fuerit, eapropter pro eiusmodi fundo capitale 3000 flnorum val. destinare voluit.

Cum interim idem fundator adhuc illud etiam animadvertisset, quod videlicet bibliotheca haec custodem quoque salarisatum habere debeat, hinc faventer mutata paulo ante attacta ponendi 3000 fl. val. capitalis intentione, capitale 5000 flnorum conventionalis monetae argenteae, solenniter conditis die 15. Augusti 1826. fundationalibus litteris, bibliothecae huic ea lege perenualiter donavit, ut ex annuo eius 300 flnorum conv. mon. interusurio ipsa quidem bibliotheca 120 flnos conv. mon., custos autem 180 fl. conv. mon. annue percipiat. Et effective inde ab exordio anni 1825. ex interusurio praeallati 5000 flnorum capitalis usque annum 1830. pro parte bibliothecae et custodis eius iam 3375 fl. val. administrati fuerunt, quae summa, si ad superius seriatim expositas summas addatur, manifeste prodit, bibliothecam huiatem praeter fundationale suum in 12,500 fl. val. consistens capitale, insuper 5945 flnos 41 xros valutales, seu iunctim 18,445 fl. 41 xr. valut. praeter paratos libros, a munificentissimo et aeterna gratitudine digno fundatore suo percepisse. Cum vero porro per ipsum fundatorem constitutus bibliothecae huius custos Joannes Laczkó stationem hanc omisisset, neque eidem alter statim substitutus esset, ipse fundator disposuit, ut usque erectionem novae residentiae adaptandique in ea cubilis lectorii, salarium vacaturi custodis etiam in censum elocetur, exindeque novum pro famulo eiusdem bibliothecae consurrecturum capitale efformetur.

Quum igitur tali modo bibliotheca haec dioecesana non tantum erecta, sed et competenter dotata esset, munificentissimus fundator illud quoque, quod ad ornamentum eiusdem pertinebat, alacriter praestitit. Etenim sicut Suae Maiestatis Francisci I. regis, ordine et habitu aurei velleris ornati eleganter pictam imaginem die 18. Febr. 1825. ad

bibliothecam submisit, ita pariter suam etiam per Josephum Miklósy pictorem affabre pictam effigiem, pro memoria eidem bibliothecae transposuit.

Quia vero tot, taliaque eximiae liberalitatis documenta Altissimam notitiam effugere minime poterant, eapropter Sua Maiestas Locumtenentiali intimato[1]) super fundatione mentionatae bibliothecae, aliisque oblationibus per memoratum fundatorem factis, eidem in testimonium complacentiae regiae aureum numisma maioris moduli clementer contulit. Imo, ut pretiosa haec fundatio contra quasvis secutorum temporum vicissitudines tanto certius securisari valeat, eadem Maiestas Sacratissima liberalissimi fundatoris preces exaudire, fundationemque ac dotationem deutralis bibliothecae ratihabere et superinde benignum Confirmatorium Diploma privilegialiter expediendum clementer resolvere dignabatur.

Sed neque clerus dioecesis Eperjesiensis ingratus mansit erga munificum benefactorem suum, ast prouti virtutem, ita et donum sibi oblatum remereri contendens, primo omnium die 25. Augusti 1830., seu die, qua optimus fundator 66-tum attigit aetatis annum, sicut in cathedrali, ita in cunctis parochialibus ecclesiis pro incolumitate Moecenatis huius solenne obtulit Omnipotenti Deo sacrificium. Insuper vero, ut tanti benefactoris perennis in dioecesi floreret memoria, eiusdem fundatoris effigiem aeri incisam in permultis exemplaribus imprimi curavit. A parte ordinariatus praeterea eo disposito, ut eiusmodi effigies penes omnem parochiam conservetur, inventarioque illata, de successore in successorem semper resignanda.

Sed nec hic adhuc cessavit cleri gratitudo. Quum enim dictus benefactor die 12. Aprilis 1834. meritis ac beneficiis ornatam terrestrem posuisset Vindobonae vitam, atque in coemeterio advicinatae possessionis Währing inhumatus esset, clerus dioecesanus cum praesule Gregorio ad tumulum eiusdem in tesseram gratitudinis eximium lapideum monu-

---

[1]) ddto 13. Nov. 1827. Nro 29,030.

mentum exstrui curavit, insuper eundem tam libris suis dypticis inscripsit, quam et e dispositione ordinariatus die 12. Aprilis et 24. Junii quolibet anno usquedum dioecesis haec durabit, pro requie animae eius sacrificium offerendum obligavit et sic pietatem pietate, beneficium beneficio recolere non neglexit.

Praeter celebrem hunc benefactorem dioecesana bibliotheca adhuc nacta est pium Moecenatem, qui fuit Matthias Benyo, dioecesis Cassoviensis presbyter et in episcopali seminario Cassoviensi professor celeberrimus. Vir hic primam conspexit lucem in possessione Litmanova, parentibus plebeis et ritum graecum devote sequentibus. 1829. anno vir hic festis Pentecostalibus ad Vincentium Bujanovics tabularem advocatum, cuius filios Caium et Julium educaverat, Eperjesinum veniendo, vespere morbo apoplectico correptus mortuus est.

Testamento per se repente et breviter condito ne verbo quidem attigit libros suos copiosissimos selectique argumenti. Sed praepositus capituli Eperjesiensis Joannes Méhay, testimonio eatenus exarato, quod denatus vita comite libros suos dioecesi huic promisisset, eosdem libros vindicavit. Neque fuit contrarius Cassoviensis episcopus eotum Stephanus Cseh, cum suo consistorio, omnesque denati Matthiae Benyo libros die 27. Octobris 1829. horsum expedivit. Libri hi bibliothecae dioecesane adlecti sunt eiusque notabilem constituunt partem.

Tertius eiusdem bibliothecae benefactor fuit Joannes Olsavszky, canonicus Munkacsiensis et quondam vicarius foraneus Cassoviensis. Vir hic celebris, anno 1829. fatis functus, medietatem selectae bibliothecae suae huiate dioecesanae bibliothecae testamentaliter donavit, hacque ratione bibliothecam notabiliter adauxit.

Denique libri denati episcopi Gregorii Tarkovics etiam bibliothecae illati, eandem adauxerunt.

Tum capitulari statuto sancitum est, ut cuiusvis e vita decedentis canonici libros bibliotheca dioecesana occupet, quod etiam eidem bibliothecae, quae *Kovácsiano-Dioecesana* appellatur, non exiguum faciet incrementum.

## Vita Gregorii Tarkovics episcopi primi Eperjesiensis.

Gregorius Tarkovics natus est in comitatu Beregiensi, possessione Paszika, nunc filiali ad parochiam Szuszkoviensem spectante, anno 1754. die 8. Novembris stilo veteri sumta. Parentibus: Andrea Tarkovics, cantore Paszikensi et Anastasia Hankovszky. Baptizatus est per avum suum Simeonem Tarkovics, curatum Paszikensem, levantibus Simeone Chomiczky, curato Szuszkoviensi et Catharina Keményes.

Litteratura nationali iam per patrem, iam per avum suum domi adhuc adeo initiatus, ut puer, antequam latinas adiret scholas, prouti id ipse saepe dicere consueverat, integrum Psalterium ac Horologion de memoria recitaverit.

Tum apud patres Jesuitas in gymnasio Ungvarinensi grammaticalibus ac humanioribus scholis tanta cum diligentia addictus operam dedit, ut semper primum eminentiae calculum retinuerit, atque in societate sodalitatis Marianae conspicuus evaserit, non tantum quia in studendo cunctos sodales superavit, sed etiam ob eximiam, quam ab infantia praesetulit, pietatem. Et ideo absolutis humanioribus classibus ad ordinem Societatis Jesu, ut dixerat, provocatus, libentissime susceptus fuit. Sed dum Vacium ad novitiatum dispositus iam iam itineri se accingeret, ordo hic sublatus, eundem optato hoc frustravit voto. Studiis philosophicis Magno-Varadini biennali cursu summa cum laude terminatis, per episcopum Munkacsiensem eotum Andream Bacsinszky in clerum receptus, ad novum seminarium Viennense, recte eo tempore a regina Maria Theresia pro graecis unitis fundatum, dispositus, indefessae diligentiae suae optatos tulit fructus. Accepta ab episcopo Crisiensi Bozsicskovics anno 1775. tonsura, terminatisque cum laude studiis theologicis, tandem redux ab episcopo Andrea Bacsinszky die 9. Novembris 1778. coelebs in subdiaconum, 20-ma eiusdem mensis in diaconum, ac denique 1. Januarii 1779. in presbyterum ordinatus et sta-

tim ad docendam s. theologiam applicitus est, quam stationem usque annum 1793. cum maximo zelo retinuit.

Anno 1793. in parochum Dorogiensem deligitur, sed hic non optimos habuit successus, etenim lingvae hungaricae non exacte gnarus, non omnibus acceptus fuit, quamvis zelosissime fungi officio adlaboraverit. Hanc itaque debilitatem suam noscendo, ad parochiam Ungvariensem anno 1797. transiit, in qua, quia lingua ruthenica concionandum fuit, cum contentu fidelium ad annum usque 1803. perseveravit. Tunc vero penes regiam typographiam Budensem, sic dictam illyricam, pro censore librorum slavicorum dispositus, ibidem in canonicum Munkacsiensem anno 1804. denominatus, in hac etiam qualitate Budae permansit usque annum 1813. quo pro vicario foraneo Cassoviensi evocatus, anno 1815. Ungvarinum pro vicario generali capitulari venit, anno demum 1816. in episcopum Eperjesiensem nominatus est.

Fuit Gregorius Tarkovics vir nimiopere doctus, semper enim solitariam vitam ducendo, continuis ad seram noctem, saepe etiam, ut dicere solebat ad auroram studiis incumbendo, vastissimae bibliothecae episcopalis Ungvariensis cuncta opera nota habuit. Linguae graecae perfecte gnarus Sanctos Patres et Concilia optima tenebat memoria.

Insignis patientiae et indefessae diligentiae vir, publicum parum amabat, quia natura timidus omne hominum horrebat consortium. Et quamvis capitulum Munkacsiense eundem a parte sui annis 1803 et 1807 ad comitia regni Posonii celebrata qua ablegatum expediverit, tamen audacia in eo nunquam excitari potuit, quia et ibidem solitariam amabat ducere vitam, vel umbram hominum devitando.

Dum Budae censor librorum constitueretur, hospitium et victum apud patres Capucinos, una reclusus cellula, tenebat cum religiosis pietati vacando.

Exactis Budae penes officium revisorale decem annis, tandem a morte Joannis Kutka, ad capitulum evocatus et in generalem vicarium prius foraneum Cassoviensem, dein

vero capitularem cathedralem electus. Eperjesini qua vicarius foraneus apud Fratres Franciscanos victitabat in solitudine, conversationis expers, pietati vacando.

Praefuit vero episcopus Gregorius dioecesi realiter ab anno 1821 usque annum 1841, quo die 16-a Januarii e marasmo senili, absque doloribus in Domino obdormivit. Per episcopum Munkacsiensem, Basilium Popovics, maxima cum solennitate ad cryptam cathedralis ecclesiae depositus.

Sit ei beata requies et memoria perennis!

---



JOSEPHUS GAGANECZ,

II. EPISCOPUS DIOECESANUS

ab a. 1842–1875.

## III.

Successor denati episcopi Gregorii, JOSEPHUS GAGANECZ, filius Joannis Gaganecz, caesarei inspectoris tricesimalis in confinibus regni Hungariae et Galiciae, primam lucem conspexit die 10. Aprilis 1903. in pago Felső-Tvaroscz, comitatui Sáros gremiali. Studia sua elementaria Bartfae, gymnasialia Ujhelyini et Leutschoviae, philosophica vero Magno-Varadini semper indefessa diligentia semperque eminens, exegit. Curriculo sic gymnasiali unaque philosophico cum laude confecto, albo cleri iunioris dioecesis Munkacsiensis adscriptus, ad prosequenda studia theologica missus est ad seminarium Tyrnaviense, quibus terminatis, duxit filiam parochi tunc Kányensis Andreae Kovaliczky. Fuit quidem tunc iam praesul Gregorius in episcopum Eperjesiensem denominatus, verum nec ille, nec in episcopum Munkacsiensem electus Alexius Pócsy fuerunt chirotonisati, ideo Josephus Gaganecz pro susceptione ss. ordinum anno 1817. missus fuit Magno-Varadinum, ibique ab episcopo Samuele Vulcan ordinatus.

Domum redux missus est pro administratione parochiae Orosz-Peklén, ubi qua talis fungebatur ab an. 1817–1820. Exinde promotus ad Viszló, ubi parochum agebat ab an. 1820—1828. Anno 1823. in auxilium seni VADiacono denominatus in surrogatum districtus Borsodiensis, utroque officio exemplari cum ardore fungebatur. Praesertim eminuit conaminibus suis pro insitione variolarum inter plebem, quae, ut notum est, valde difficulter hanc novitatem acceptare voluit. Ex respectu talium meritorum comitatus: Abauj, Torna, Sáros, Zemplén et Borsod elegerunt eum in Tab. Iud. assessorem. Anno 1827. pro praesentatione ad parochiam Hejő-Kereszturensem propositus, Consilium Locumtenentiale Regium, considerato eius: „singulari studio boni publici" praesentavit et ordinatus denominavit illum in parochum ad Hejő-Keresztur, ubi mox et VADiaconus districtus Borsodiensis factus scientia, pru-

dentia, experientia ac probitate fungebatur officio suo. Anno 1835. denominatus in assessorem Consistorii, circa idem tempus mansit viduus cum una sua filia.

Gregorius praesul sibi et dioecesi suae optime consuluit, quum talem activum et scientiis excultum praeclarum virum in numerum canonicorum cathedr. ecclesiae Eperjesiensis elegit et pro denominatione ad altissimum locum substravit.

Denominatio eius in canonicum ecclesiarcham subsecuta est anno 1835. die 29. Decembris. Qua canonicus penes cooperationem Basilii Popovics, tunc canonici cantoris (cuius chirotoniae Leopoli die 18. Martii anni 1838. peractae adfuit) multum contulit ad efflorescentiam novae adhuc tunc Dioecesis Eperjesiensis sub gubernio iam tunc non tantum aetatis sed etiam viribus animi fracti episcopi Gregorii, quo fatis functo, anno 1841., inquantum capitulum nonnisi ex duobus membris constitit, Josephus Gaganecz secundum ordinationem metropolitanam Cardinalis Primatis officium vicariatus gessit.

In hoc suo officio, in quo usque ad denominationem suam in Episcopum energice sed simul et paterne incepit regimen dioecesanum, fecit plures utiles ordines. Praesertim conatus est iam tunc exoperare seminarium, praeparandiam etc., quae omnia per totam vitam suam multum laboris et conaminum ipsi constiterunt, sed proh dolor! realisari non potuerunt.

Sua Maiestas piae memoriae Ferdinandus V., sumptis in considerationem talis viri meritis, anno 1842. die 13. Julii in episcopum Dioecesis Eperjesiensis clementissime eum denominavit. Quam denominationem tota dioecesis gratissimo animo excepit.

Solemniter consecratus est in episcopum per Basilium Popovics Viennae die 25. Junii 1843. in capella regio aulica, concelebrantibus archiepiscopo Caesarensi ritus armenici et episcopo castrensi, functionemque hanc solemnem ex oratorio devote spectantibus Sua Maiestate Sacratissima, regina

Carolina, Augustissima vidua Imperatrice ac Serenissimis Archiducibus.

Prima Encyclica eius eodem anno 28. Augusti ad clerum et populum missa continebat in se vere paternas adhortationes, quae iudicium ac pignus constituunt pastoralis eius sollicitudinis.

Primum ac praecipuum conamen direxit ad conflandum fundum Dioecesanum. Impulsum ei dedit misera sors parochiarum, ne hae omni invamine destitutae, pereant.

Annus 1846. summopere memorabilis pro clero dioecesis huius, inquantum hoc anno congrua cleri systemisata ac clementissime assignata exstitit. Exoperatio huius multum laboris ac fatigii constitit praesuli iam inde ab initio regiminis sui. Continuo ac indefesso modo desudabat, petiit, postulavit, obsecravit ut hoc negotium quo ocius perficeretur. Denique clementissima resolutione Suae Maiestatis ddto 18. Decembris anni 1845. sancitum, sequenti vero anno die 24. Februarii per Exc. Consilium Locumtenentiale fuse specificatum est, ut in fundamento conscriptionis de anno 1806., proventus parochiarum singuli curati ad summam 300 fl. c. m. ex fundo Religionis completus esset. Ita Deo invante, solutio totius cleri in locum adusque titulo subsidii percipi solitorum annuorum 7611 fl. 49½ xr. elevata est ad summam 28,170 fl. 27½ xr. c. m., quae summa titulo congruae 167 curatis inde a 1-a Novembris 1845. exassignata exstitit. Praesul maximo cum solatio properavit felix hoc nuntium clero ad notitiam perferre, clerus autem in tesseram filialis suae gratitudinis unanimi consensu fieri curavit effigiem praesulis, quae singula in parochia parieti affigeretur et pro grata memoria successorum etiam custodiretur. Sine dubio saltem indefessis conatibus praesulis adtribuendum est, quod clerus Dioecesis Eperjesiensis uno adminus anno prius quam aliae dioeceses congruae particeps evaserit.

Episcopo Josepho Gaganecz eatenus ardenter cogitante, ut tandem ecclesia cathedralis ad ritum orientalem refor-

manda iconostasi provideatur, novaque ara, ritui orientali propria exornetur, et opus isthoc consummetur, celebrato cum huiate sculptore Georgio Roman et pictore, Viennae habitante, Alberto Tikos contractu, opus isthoc reipsa anno 1846. perfectum et nova iconostasis posita est nobilis et speciosa. Sculptor pro iconostasi, ara et throno episcopali accepit 2800 fl. c. m., pictor vero 2490 fl. c. m. itaque iconostasis cum ara et throno constitit 5290 fl. c. m.

Memorabilis est annus 1847. egestate, quae tunc maiorem partem Hungariae superioris invasit. Misera plebs copiosa moriebatur prae fame, libri matriculares illius temporis moestissima data in se passim continent. Una tertia fidelium huius dioecesis, superiores partes incolentium, partim prae fame interiit, partim ad inferiores oras regni vaga discessit. Praesul intimo dolore animi motus paterne leniebat tristissimum statum fidelium dimittendo ad clerum circulares, quomodo tolenda esset miseria, item pastorales ad populum ne animo cadat.

In censum meritorum eppi huius referendum est, quod librum precum „Chlib dusi", ab Alexandro Duchnovics confectum, typis mandare et circularibus suis clero et populo commendare statuit. Libellus hic talem sensationem excitavit, ut paulo post altera editio typis imprimi debuerit. Permulti ex populo etiam adultiores conabantur condiscere artem legendi, saltem ut hoc libello uti possent.

Gregorius Tarkovics anno 1820. occupata sede episcopali occupavit etiam monasterium abolitorum Minoritarum, quod inde ab anno 1791. Vicario foranco Cassoviensi locum habitationis praebebat, habitabatque in eo primus episcopos humilis monachi instar usque ad finem vitae suae. Tunc vero iam adeo desolatum et rancidum factum, ut e conspectu ruinarum eius incendium quis collimare deberet. In episcopum benigne nominatus Josephus Gaganecz iam inde ab anno 1842., seu initio denominationis suae in episcopum, apud pientissimum Regem Ferdinandum V. streune agebat in negotio erigendae



INSTITUTUM SOCIETATIS S. JOANNIS PRAECURSORIS ET BAPTISTAE CUM INTERNATU PRO EDUCANDIS IUVENIBUS GYMNASIALIBUS a. 1862 fundatum, per Eppum NICOLAUM TÓTH restauratum et per Eppum JOANNEM VÁLYI locupletatum et auctum.

novae residentiae episcopalis et hocce Rege iubente, elobarato per aedilem cameralem geometram Wester plano, magnificum novum pro residentia episcopali aedificium anno 1848. penitus consumatum est, sumptibus aerarialibus, supra 26,000 fl. c. m. efferentibus.

Episcopos hic anno 1854. in recognitionem grandium meritorum suorum condecoratus fuit insigni ordine Francisci Josephi et quidem gradus commendatoris huius ordinis; anno vero 1868. in signum Altissimae Complacentiae Regiae ad dignitatem quoque Actualis Intimi Status Consiliarii evectus erat, qua occasione Sua Sanctitas Pius PP. IX. assistentem Solii Pontificii et Comitem Romanum creare eum dignata est. Eius porro sub auspiciis eoque indefesse agente exigua dotatio episcopi, ecclesiae cathedralis ac capituli pedetentim elevata est, anno vero 1871. assignata est etiam summa 1850 flnorum pro adprocurandis novis paramentis. Anno 1865. humilis turris ecclesiae cathedralis notabiliter elevata, condecenti tecto et horologio provisa est. Anno vero 1872. concessa est pro capitularibus crux pectoralis cum corona.

Penes fundationem Societatis S. Joannis Baptistae pro educanda iuventute gymnasiali p. m. praesul immortalia sibi posuit merita. Anno 1862. Novembris 11-a fuimus testes et magno cum solatio ac grato animo recordabimur adhortationum et apostolici zeli, quibus episcopus subditum sibi clerum et fideles ad promovendum salutarem scopum societatis huius non tantum paterne stimulavit, sed et annuis suis subsidiis efflorescentiam eius adiuvare studebat.

Piae memoriae episcopus in defluxu 33 annorum, quibus praefuit dioecesi suae chirotonisavit duos episcopos Munkacsienses, presbyteros universim 237 individua, e quibus pro dioecesi Munkacsiensi 22, pro Chelmensi in Russia 12, pro Lugosiensi 1, et 12 pro ordine S. Basilii Magni.

Sub illius regimine stalla capituli uno aucta sunt, parochia Eperjesiensis systemisata et capellano provisa. Ex-

structae sunt 24 muratae ecclesiae parochiales et 12 filiales. E prioribus ipse episcopus consecravit 7 ecclesias.

Ast praeter facta, non minus laudant episcopum Josephum, dotes quoque animi, quae eximiae omnino simulque et fons erant, unde ea, quae fecit, manaverunt. In suo vivendi et agendi modo fuit semper homo humilis, comis et affabilis. Qua episcopus in officiosis suis negotiis continuo ac indefessus laborabat. Mane surgebat semper aute quintam horam, peractisque precibus matutinis sumptoque frugali jentaculo statim consedit et per totam diem scripsit vel legit; excepto protocollo consistoriali omnes conceptus passim solus fecit, in quibus inexhauribilis fuit. Non obstante continua tussitatione et perpessis pluribus periculosis infirmitatibus, exemplari sua sobrietate fuit ceterum sanus, animique sui vigorem et alacritatem usque ad ultimum halitum conservavit.

Ultimum exitiosum morbum refrigeratione contractum et unam septimanam durantem grandaevus senex 82. annorum, satis rapide diminutis iam viribus corporis, non potuit perferre, peractaque s. confessione et refectus ss. viatico, omnibusque adstantibus vere apostolico animo benedictis, die 22. Decembris 1875. hora postmeridiana 4-a animam Creatori suo pie reddidit.

Exanime corpus eius per episcopum Munkacsiensem Joannem Pásztélyi solenni modo non in crypta ecclesiae cathedralis, sed convenienter expressae voluntati defuncti, in communi coemeterio Eperjesiensi tumulo illatum est.

Pastor et Pater bonus, qui cum dilexisset suos . . . in finem dilexit eos!

---



DR. NICOLAUS TÓTH,

III. EPISCOPUS DIOECESANUS

ab a. 1876–1882.

## IV.

Tertius in serie episcopus Eperjesiensis Dr. Nicolaus Tóth natus est die 10. Augusti 1833. in oppido Munkács, patre Andrea gr. cath. cantore, qui paucis deinde annis post in eadem qualitate Szatmarinum transivit. Scholas elementares et sex classes gymnasiales absolvit Szatmarini; tunc exarserunt turbae intestinae annorum 1848—49., qua de causa toto regno inter arma siluerunt musae. Nic. Tóth, ne a studiis liberum tempus iners consumeret, apud magistratum civitatis Szatmariensis suscepit munus scribae. Adductis in finem turbis, studia philosophica itidem Szatmarini continuavit absolvitque.

1851. anno albo iunioris cleri dioecesis Munkacsiensis inscriptus, antequam studiis theologicis vacaret, duobus annis qua scriba laborabat in cancellaria dioecesana. Pro cursu theologico Pestinum ad seminarium centrale missus, transegit ibidem quattuor annos absolvitque eum eximio modo. Iuvenis praecipuam vocationem pro statu sacerdotali habens et optima informatione a superioratu instructus, imprimis commendabatur episcopo. Absolutis studiis theologicis ad accurate condiscendos, ut ipse optabat, ritus et cantus ecclesiae suae, contulit se ad monasterium montis Csernek, transegitque ibi cum religiosis pietati vacando menses quinque. 1857. anno in ipso festo S. Nicolai per episcopum Basilium Popovics in presbyterum coelebs ordinatus, mox ad sublimioris educationis institutum ad S. Augustinum Viennam missus, in quo summa cum laude factis omnibus examinibus rigorosis 1860. lauream doctoratus ex scientiis theologicis emeruit. Reversus Ungvarinum et spiritualis seminarii factus, toto animo gravi huic incubuit officio. Discipuli eius grato corde recordantur iuvenis sacerdotis, cui nihil antiquius ara Dei et suggestu fuit; quotidie orabat et sacrificabat pro alumnis

suis, hortabatur, obsecrabatque eos, ut memores essent vocationis suae, fierentque sacerdotes secundum cor Christi.

Anno 1863. denominatus est in professorem studii biblici, nec non supplentem theologiae moralis ad idem theologicum lyceum Ungvariense. Multi sacerdotes dioecesium Munkacsiensis, Eperjesiensis et Magno-Varadinensis, auditores eius, testes sunt illius scientiae, ingenii et fervoris, quibus ille disciplinas has tractabat, gratoque animo meminerunt eius qua professoris, omne studium ad instituendos discipulos suos sollertissime conferentis.

Episcopus Munkacsiensis singularem activitatem talis viri proemiaturus, denominavit eundem (1865.) in consistorii sui assessorem et pauperum advocatum, facultas autem theologica universitatis Budapestiensis elegit eum (1870.) collegiatum. 1871. aug. 16. communi comprobatione universi cleri praefectus est dioecesano orphanotrophio masculorum. Spatio unius solum anni praefuit illi instituto, sed intra hunc annum efficaci industriae eius successit neglectum et miserandum statum instituti huius sanare. Deus benedixit laboribus eius, quia conscientioso conamine conabatur lenire sortem orphanorum.

In recognitionem meritorum et famae, qua ut theologus doctus pollebat, per Suam Maiestatem denominatus est professor theologiae moralis ad R. Scientiarum Universitatem Budapestiensem (1872.), peractisque ibidem annis tribus, denominatus est in canonicum capituli Munkacsiensis. Palaestra agendorum eius iterum factum est seminarium, in quo munus rectoris ei concreditum est, quod una cum munere manipulantis piarum fundationum dioecesanarum usque ad denominationem suam in episcopum Eperjesiensem consueto ardore gessit.

Anno demum 1876. die 16. Januarii in episcopum benigne nominatus, ille, qui adhuc semper pater, adiutor et benefactor orphanorum ac iuvenum fuit, factus est pater totius dioecesis!



ECCLESIA PAROCHIALIS GR. CATH. CASSOVIAE,
a. 1886 erecta et a. 1896 turribus ac campanis provisa.

1876. 21. Maii Ungvarini ab episcopo Joanne Pásztélyi, concelebrante Georgio Császka, episcopo Scepusiensi, sacro episcopatus ordine initiatus, mox Eperjesini solennissime installatus, gubernium dioecesis suae suscepit.

In dioecesi, cuius in serie episcoporum ille tantum tertius fuit, multum laboris invenit. Ast laboris patientem episcopum hoc non deterret, sed eo magis incitat, ut, etsi contentione virium, perficiat omnia, quae opus sunt. Brevi spatio episcopatus sui apostolico zelo peragrat totam dioecesim, partim visitatione canonica, partim paterna visitat et amotissimas in profundis vallibus montium absconditas parochias, ut statum parochiarum, ecclesiarum, coemeteriorum ac scholarum propriis videret oculis. Praecipuam curam impendit promovendae eruditioni populi; monet ubique, rogat, hortatur, proemiis incitat fideles et docentes ad accurate exsequendum munus instituendae iuventutis.

Multum enitebatur, ut pro educando clero iuniore seminarium, quo dioecesis haec hucusque carebat, ad effectum adducatur. Assidua et efficaci opera eius successit ei tandem et hoc ad optatum adducere finem. Non procul ab ecclesia cathedrali emit enim domum cum horto maiore, quae eius rogatu subsidio 2300 flnorum, e fundo religionis assignatorum, pro seminario interimali adaptata est. 1880. Sept. 12-mo die praesente capitulo pluribusque honoratioribus civilibus inauguravit ipse episcopus seminarium hoc pro theologis 3-i et 4-i anni et discipulis gymnasialibus 7-ae et 8-ae classium. Dies ille pro episcopo fuit dies gaudii. Ast quantum gaudium habuisset tunc, si id ei accidisset, quod successit dignissimo successori, erectio nimirum novi seminarii, quod per successorem efflagitatis impensis anno 1886. iam splendidum amplum, omnibus necessariis instructum et pro excipiendis cunctis alumnis aptum exstitit.

Huius porro ipsius episcopi curis ac conatui in acceptis referendum est, quod ecclesia cathedralis solummodo sub ipsius regimine penitus in ordinem redacta exstiterit. Anno

euim 1881. hand exiguis expensis ex integro est intus renovata, altari et iconostasi transformatis, novis picturis et pilarum marmoratione, novis fenestris aliisque decorationibus splendide ornata et die Nativitatis Jesu Christi eiusdem anni (stilo vetere) per eundem summa cum laetitia animi solenniter consecrata.

Inexhauribilis munificentia ac liberalitas eius paene admiranda est. Non obstante eo, quod dioecesis Eperjesiensis una sit e pauperius dotatis, episcopus Nicolaus brevi intervallo sex annorum sui episcopatus tantas obtulit summas bono dioecesis suae et pauperibus varii generis, praesertim, qui dicuntur pudici, ut miranda sit largitas eius, neque mirum, si inopiam pecuniae ipse saepius pateretur.

Sequantur hic maioribus summis et publice per eum datae donationes et factae fundationes:

*a)* pauperibus Eperjesiensibus 1879—80. anno 500 fl.,

*b)* pro adiuvando fundo cantorum una docentium 765 fl.,

*c)* pro interiore decoratione ecclesiae cathedr. 1000 fl.,

*d)* pro aedificanda ecclesia Cassoviensi 1000 fl.; praematura mors impedivit eum, quominus promissam summam 4000 flnorum posset solvere,

*e)* pro exaedificando et ampliando aedificio alumnei societatis S. Joannis Baptistae 10,000 fl.,

*f)* fundatio pro procurando vestitu pro alumnis eiusdem instituti 5000 fl.,

*g)* fundatio pro futuro instituto dioecesano puellarum 14,900 fl.

Occasione visitationum ecclesiarum dabat adiuta, praemia in pecunia et libris sicut e nonnullis datis comperimus:

*a)* occasione paternae visitationis districtuum Makoviczensis et Bukóczensis inter docentes et discentes divisit 400 fl.,

*b)* canonica visitatione districtus Laborczensis pueris scholaribus divisit libros precatorios in valore 146 flnorum et praemia docentibus, quorum scholae purae et in ordine sitae inventae sunt.



Seminarium domesticum cleri iunioris
a. 1880 fundatum, annis vero 1886 et 1903 denuo aedificatum et auctum.

*c)* simili modo dividebat libros et pecunias inter docentes et scholares occasione canonicae visitationis districtuum Borsodensis, Cserehatensis et Scepusiensis Superioris.

His aliquot lineis enumeratae largitiones efficiunt summam circa 30,000 flnorum, sed quis sciret enumerare illas summas, de quibus „sinistra non scivit, quid egerit dextra?"

Magnanimus hic antistes in medio ferventissimae activitatis proh dolor! inopinate affectus est gravi morbo, apoplexia nempe cerebri, et post aliquot dierum aegrotationem e vivis ereptus est 21. Maii 1882., anno aetatis 48-o, chirotoniae autem suae episcopalis anno 6-o. Sepultus in crypta ecclesiae cathedralis.

Dioecesis Eperjesiensis obitu eius amisit optimum patrem, activum episcopum, munificentem benefactorem, quem solum modesti proventus impediebant, quominus brevi spatio gubernii dioecesim suam in statum florentem levaret.

Sepultura eius fuit magnifica et animos commovens; oculus non mansit aridus, flebant omnes, deplorabat clerus praemature annissum patrem, deplorabant miseri munificentem benefactorem suum.

In sepultura profusae lacrimae testantur, quantum bonus hic pastor lacrimarum siccaverit vivus.

Memoria eius in benedictione!

---

## V.

Post non diuturnam Sedis Episcopalis vacantiam successit: Dr. Joannes Vályi, qui natus est anno 1837. Septembris 22. in pago Ó-Vencsellő, comitatui Szabolcs ingremiato, e parentibus Joanne Vályi, gr. cath. parocho et Antonia Medveczky, nobili prosapia. Studiis gymnasialibus Debreczini, Ungvarini et Magno-Varadini cum laude et eminenter confectis, anno 1857. clero dioecesis Munkacsiensis adscriptus, studiis theologicis in regio episcopali lyceo Ungvariensi incubuit, quibus anno 1862. terminatis ad prosequendas uberiores disciplinas theologicas missus est in institutum sublimioris educationis presbyterorum ad S. Augustinum Viennam, unde lauream Doctoris Theologiae reportavit. Anno 1865. Oct. 26. Eperjesini per episcopum Josephum Gaganecz coelebs in presbyterum ordinatus est. In cura animarum Sátoralja-Ujhelyini 1869. munere cooperatoris tribus mensibus functus, revocatus est Ungvarinum, ubi praefectum studiorum seminarii agebat. Sequenti anno in eodem seminario professor iuris ecclesiastici et historiae factus, obibat etiam munus directoris orphanotrophii dioecesani masculorum; utroque hoc munere diligenti assiduitate et vere paterna sollicitudine fungebatur. Hoc tempore in recognitionem meritorum, quae ut professor et praesertim ut director orphanotrophii singulari industria, paterno, comi et polito cum pueris procedendi modo, sibi comparavit, particepst fit plurium ampliorum graduum ecclesiasticorum. 1870. denominatus est Suae Sanctitatis Summi Pontificis Capellanus, 1873. assessor sacrae sedis consistorialis, 1874. ad R. Scientiarum Universitatem Budapestensem collegiatus et demum 1878. canonicus honorarius dioecesis Munkacsiensis.

Episcopo Nicolao anno 1882. mortuo dignus inventus est, cui gubernacula dioecesis Eperjesiensis committerentur. Die namque 11. Octobris 1882. in episcopum nominatus, die



DR. JOANNES VÁLYI,

IV. EPISCOPUS DIOECESANUS

ab a. 1883.



INSTITUTUM PRAEPARANDIAE CUM INTERNATU PRO EDUCANDIS CANTORIBUS UNA DOCENTIBUS, per Eppum JOANNEM VÁLYI aedificatum et fundatum.

vero 20. Maii sequentis anni per tunc temporis episcopum Munkacsiensem Joannem Pásztélyi et Laurentium Schlauch episcopum Szatmariensem atque Georgium Császka eppum Scepusiensem Ungvarini solemni ritu consecratus, tandem die 15. Julii eiusdem anni episcopalem sedem dioecesis Eperjesiensis solenniter capessivit, quam ad gloriam Dei emolumentumque publicum dioecesis suae et patriae hucusque feliciter gubernat.

Occupata sede episcopali statim manum ad aratrum apposuit et pastorali sollicitudine, indefesso fervore sollertique cura quotidie testatur, quantopere Eidem cordi sit, tum ut disciplina ecclesiastica intemerata sustentetur, tum ut populi fidelis mores ad normam divinae Legis exigantur, tum ut praesto sint media, quibus instituta culturalia dioecesana iam existentia in assequendo fine iisdem praestituto succolentur, et nova progressive erigantur instituta, promovendae culturae religioso-morali et patrioticae inservientia. Hinc est, quod quamvis status et dotatio episcopatus magna aggredi non sinat, ast circumspecta ac laudabilis parsimonia, rara prorsus industria et benignitas huius praesulis efficere potuerunt tantum, quantum ab erecta hac dioecesi omnes eius in sede episcopali decessores simul sumpti contulisse non sunt comperti.

Ex Eius partim industria, partim munificentia et liberalitate: *a)* Ecclesiam Cathedralem intus et extra, domus Dei decori convenienter exornatam, novis tectis et duabus novis maioris ponderis campanis, pretiosisque paramentis provisam conspicimus; *b)* Seminarium a decessore anno 1880. solum inceptum et in modesta angustaque domo collocatum, anno 1886. cura Eius de novo exaedificatum et omnibus bene instructum; *c)* Institutum praeparandiae pro educandis cantoribus et docentibus cum internatu pro 50 alumnis e fundamentis novitus propriis sumptibus 21,000 flnorum exstructum, 1895. inauguratum, 1901. item novis sumptibus 26,000 fl. ampliatum, fundatione perpetua 4000 flnorum provisum omnibusque ad assequendum finem huiusmodi instituti neces-

sariis requisitis instructum; *d)* pro futuro Orphanotrophio puellarum proprio aere 19,000 fl. emptas duas domus cum horto; *e)* Institutum alumnei societatis S. Joannis Baptistae 1895. pretio proprii aeris 9873 flnorum ampliatumcernimus.

Liberalitatem munificam Eius laudat radicale dominium episcopale, quod maiore horto et vinea pretio 21,254 flnorum proprio aere emptis adauxit. Plures ecclesiae, praeter cathedralem imprimis Cassoviensis, Bartfensis, aliaeque ecclesiae et scholae dioecesis huius, ita et viduae, orphani et pauperes plurima nostro episcopo in acceptis referenda habeut, quorum tamen perbrevis solum isthic mentio fieri potest, sed historico huius specilegii characteri nimis prorsus officeret, si horum, ne haec quidem, per summos apices, facta hic fuisset, synoptica recensio.

Interea idem Excellentissimus Dominus Praesul noster episcopus, cui nihil est antiquius, quam ut devotio in Sanctam Sedem Apostolicam, in omnium animis altissimas radices agat, Vicario Christi, iam repetitis vicibus, Apostolorum limina visitans, personaliter sua exhibuit homagia. Anno 1892. per Summum Pontificem Leonem XIII. inter Suae Sanctitatis praelatos domesticos, Solio Pontificio assistentes et comites Romanos relatus. Anno vero 1896. per Suam Maiestatem Franciscum Josephum I. Regem inter ins. ordinis Leopoldi Commendatores, anno demum 1903. inter Intimos Suos Status Consiliarios recensitus.

Cui Deus Omnipotens cum Clero et fideli populo propitius benedicat, salvumque eum ac incolumem quam diutissime conservet![1])

---

[1]) Hanc dioecesim nostram proxime respicientem historicam deductionem *„Chronologicae Historiae almae dioecesis Eperjesiensis usque obitum primi episcopi Gregorii Tarkovics"* auctore condam Alexandro Duchnovics confectae eiusque propria manu 1846. anno scriptae, vestigiis insistens, disposuit et ad praesens tempus perduxit emeritus professor gymnasii Josephus Ruby.





Ecclesia gr. cath. et domus parochialis Bartfae,
annis 1901–1903 erectae.

**PRINCEPS-PRIMAS REGNI HUNGARIAE**

ET

## PROVINCIAE STRIGONIENSIS METROPOLITA:

EMINENTISSIMUS AC REVERENDISSIMUS

**DOMINUS DOMINUS**

# CLAUDIUS FRANCISCUS CARDINALIS VASZARY

**ORD. S. BENEDICTI**

METROPOLITANAE ECCLESIAE STRIGONIENSIS ARCHIEPISCOPUS,
S. SEDIS APOSTOLICAE LEGATUS NATUS,
INCLYTI REGNI HUNGARIAE PRINCEPS-PRIMAS, SUMMUS ET SECRETARIUS CANCELLARIUS, S. CAES. ET. REG. AP. MAIESTATIS CONSILIARIUS ACTUALIS INTIMUS,
INS. ORD. S. STEPHANI R. AP. PRAELATUS, EIUSDEM, ITEM INS. ORD. FRANCISCI JOSEPHI MAGNAE CRUCIS EQUES, ETC. ETC. ETC.

# ORDINARIUS:

**EXCELLENTISSIMUS AC REVERENDISSIMUS**

DOMINUS DOMINUS

# JOANNES CHR. VÁLYI

MISERATIONE DIVINA ET APOSTOLICAE SEDIS GRATIA GRAECI RITUS CATHOLICORUM EPISCOPUS EPERJESIENSIS, SUAE SANCTITATIS SUMMI PONTIFICIS PRAELATUS DOMESTICUS, SOLIO PONTIFICIO ASSISTENS, COMES ROMANUS, SUAE MAIESTATIS I. ET R. APOSTOLICAE CONSILIARIUS INTIMUS, INS. ORDINIS LEOPOLDI COMMENDATOR,

SS. THEOLOGIAE DOCTOR AD R. SCIENTIARUM UNIVERSITATEM BUDAPESTENSEM COLLEGIATUS.

Anno reparatae salutis

1837. 22. Septembris in pago Ó-Vencsellő, in Comitatu Szabolcs, natus; 1865. 26. Octobris Eperjesini in presbyterum ordinatus; 1882. 11. Octobris in Episcopum clementer renunciatus; 1883. 15. Martii Romae praeconisatus; 20. Maii die S. Joannis Apost. et Evang. Ungvárini consecratus et 15. Julii inthronisatus.

In alma praesulum Serie IV.

## VICARIATUS CASSOVIENSIS.

Perampla dioecesi Munkacsiensi per SS. Pontificem CLEMENTEM XIV. anno 1771. canonisata et recreata, per reginam MARIAM THERESIAM vero dotata, JOSEPHUS II. imperator, ne copioso fideli populo defectum quempiam in spiritualibus pati contingat, praeter vicariatum Szigethiensem et Szatmariensem, anno 1787. etiam vicariatum Cassoviensem clementissime erexit.

### SERIES
### Vicariorum foraneorum Cassoviensium:

JOANNES KOVÁCS de Pásztély .. .. .. 1787–1790.
MICHAEL BRADÁCS .. .. .. .. .. .. .. .. 1790–1812.
GREGORIUS TARKOVICS .. .. .. .. .. .. 1813–1815.

JOANNES OLSAVSZKY ab anno 1815. usque erectionem episcopatus Eperjesiensis et erecto etiam episcopatu, usque GREGORII TARKOVICS in episcopum 22-a Martii 1816. denominationem atque eiusdem die 17-a Junii 1821. consecrationem.



## VENERABILE CAPITULUM CATHEDRALIS ECCLESIAE
### EPERJESIENSIS.

Per Augustissimum olim Imperatorem Austriae et Apostolicum Regem Hungariae FRANCISCUM I. virtute Benignae Resolutionis die 6-a Februarii 1816. Nr. 2518. intimatae erectum, et per eius temporis Summum Pontificem Pium VII. die 29. Sept. 1818. canonisatum, ac die 6. Augusti 1820. installatum.

Capitulum isthoc, quod primitus a tempore erectionis suae quinque solum constabat Canonicorum Stallis, Anno 1857. per gloriosissime regnantem Augustissimum Imperatorem Austriae, et Apostolicum Regem Hungariae FRANCISCUM

JOSEPHUM I. virtutae Benignae Resolutionis die 24. Julii in Laxenburg emanatae, sexto Canonicali Stallo auctum, recentissime vero cruce pectorali e corona Regni Hungariae dependente, cuius anterior pars imaginem S. Joannis B., cui utpote Ecclesia Cathedr. dedicata habetur exhibet, clementissime condecoratum est.

## SERIES
### Canonicorum inde ab erecto Episcopatu et Capitulo.

| | |
|---|---|
| JOANNES HABINA | 1820–1823. |
| MICHAEL KANYUK | 1820–1832. |
| JOANNES MÉHAY | 1820–1835. |
| BASILIUS HODOBAY | 1820–1840. |
| ANDREAS CHIRA | 1820–1840. |
| JOSEPHUS GAGANECZ | 1835–1842. |
| BASILIUS POPOVICS | 1835–1837. |
| MICHAEL DUDINSZKY | 1843–1845. |
| ANDREAS MOLNÁR | 1843–1848. |
| MICHAEL JAKOVICS | 1835–1854. |
| VICTOR DOBRÁNSZKY | 1850–1860. |
| MICHAEL GERBERY | 1843–1864. |
| ALEXANDER DUCHNOVITS | 1843–1865. |
| GEORGIUS SOLTÉSZ | 1863–1871. |
| BASILIUS HUCSKÓ | 1857–1872. |
| VICTOR LADOMÉRSZKY | 1865–1878. |
| JOSEPHUS SOLTÉSZ | 1850–1879. |
| ALEXANDER ROJKOVICS | 1873–1886. |
| STEPHANUS ROJKOVICS | 1879–1887. |
| MICHAEL MICHALICS | 1866–1889. |
| MICHAEL SZTARECZKY | 1858–1891. |
| JOSEPHUS DZUBAY | 1888–1895. |
| IGNATIUS SZTEMPÁK | 1872–1896. |
| MICHAEL KOTRADOV | 1878–1901. |
| BARTHOLOMAEUS SASS | 1886–1901. |

# MODERNUM VENERABILE CAPITULUM CATHEDRALIS ECCLESIAE EPERJESIENSIS.

## Archi-Presbyter, seu Praepositus Maior:

1. Reverendissimus Dominus CORNELIUS KOVALICZKY, Lycei Regio-Episcopalis Eperjesiensis Prodirector et professor paedagogiae, penes locale Regium Catholicum Gymnasium in re Religionis et Morum Commissarius Episcopalis. Examinator Prosynodalis et S. Sedis Consist. Assessor.

## Archi-Diaconus, seu Lector:

2. Reverendissimus Dominus GEORGIUS RÉPÁSSY, Archi-Diaconus Borsodensis, Fundi orphanotrophii puellaris, auxiliaris emeritorum Sacerdotum et praeparandialis Administrator. Examinator Prosynodalis et S. Sedis Consist. Assessor.

## Primicerius, seu Cantor:

3. Reverendissimus Dominus NICOLAUS PETRICSKÓ, Archi-Diaconus Zemplénensis, Fundi viduoorphanalis Sacerdotum et assecurationalis Administrator, pauperum advocatus, S. Sedis Consist. Assessor, Prosynodalis Examinator, Bonorum Episcopatus et Capituli administrator.

## Ecclesiarcha, seu Custos:

4. Reverendissimus Dominus ANDREAS HODOBAY, Abbas B. M. V. de Zebegény, Archi-Diaconus Scepusiensis et Gömörensis, Fundi vidualis Cantorum et Ecclesiae cathedr. Administrator, Visitator Apostolicus in America Septentrionali. Examinator Prosynodalis et S. Sedis Consist. Assessor. E Theologia dogmatica examen rigorosum subivit.

## Scholasticus, seu Theologus:

5. Reverendissimus Dominus AUGUSTINUS BACSINSZKY de Bacsina, Fundi Dioecesani, dotationalis deficientium Sacerdotum, domus correctoriae, Bibliothecae Dioecesanae et mis.

dot. Ecclesiarum Administrator, Examinator Prosynodalis et S. Sedis Consist. Assessor.

## Junior Canonicus:

6. Reverendissimus Dominus JOSEPHUS MIZSICSKÓ, Archi-Diaconus Gremialis seu Sárosensis, Fundi piarum fundationum Administrator, Examinator Prosynodalis, S. Sedis Consist. Assessor.



## Canonici honorarii:

1. Reverendissimus D. JULIUS VISZLOCZKY, Parochus Cassoviensis, Praepositus Titularis de Hollóthó et S. Sedis Consistorialis Assessor.

2. Reverendissimus D. MICHAEL LISZONYÁK, Parochus Ressóensis et S. Sedis Consist. Assessor.

3. Reverendissimus D. GEORGIUS ANDREJKOVICS, Par. Ujakensis, Distr. Poprádensis V.-A.-Diaconus, S. Sedis Consist. Assessor.

4. Reverendissimus ac Cl. D. JOSEPHUS VOJTOVICS, Seminarii Eperjesiensis Rector, Hist. et Juris Eccl. Professor, Supremus Gr. Rit. Cath. Elementarium Scholarum Dioecesanus Inspector, S. Sedis Consist. Assessor, Ss. Can. Doctor.

5. et 6. Stallum vacat.

## Fisci Capitulares:

Spectabilis D. Constantinus Szmoligovics et Aladarus Dr. Turkinyák.



# SACRA SEDES CONSISTORIALIS.

## Praeses:

Excellentissimus ac Reverendissimus Dominus Episcopus.

## Assessores:

*Praeter Reverendissimos Dominos praerecensitos Canonicos Actuales et Honorarios, iuxta seriem Nominationis.*

A. R. D. Josephus Viravecz, Parochus Sztakcsinensis, Distr. Hosztoviczensis emer. V.-A.-Diaconus.

A. R. D. Michael Lipcsey, Parochus Soósujfalvensis, Distr. Cserehátensis emer. V.-A.-Diaconus.

A. R. D. Carolus Ladomérszky, de Eadem, Par. Ladomérensis, Distr. Bukóczensis emer. V.-A.-Diaconus.

A. R. D. Stephanus Adamkovich, Parochus Agyagosensis, Distr. Varannóensis emer. V.-A.-Diaconus.

A. R. D. Aloysius Gaganecz, Parochus Sajó-Petriensis.

A. R. D. Joannes Ruszinkó, Parochus Sajó-Pálfalvaensis.

A. R. D. Josephus Fejó, Parochus Niklovaensis.

A. R. D. Antonius Molcsányi, Curatus Mlinaróczensis, Dist. Szvidnikensis V.-A.-Diaconus.

A. R. D. Stephanus Bacsinszky, Parochus Mucsonyensis, Distr. Alsó-Borsodensis emer. V.-A.-Diaconus.

A. R. D. Antonius Janiczky, pens. Presbyter, Sacerdos Jubilaris.

A. R. D. Joannes Romonyák, Parochus Mikóházaensis, emeritus Studii Biblici Professor.

A. R. D. Antonius Rojkovics, Parochus Liténvensis, Dist. Kis-Szebenensis emer. V.-A.-Diaconus, Sacerdos Jubilaris.

A. R. D. Nicolaus Hvozdovics, Par. Várgonyensis.

A. R. D. Antonius Vaskovics, Parochus Lomnaensis.

A. R. et Cl. D. Michael Dr. Artim, Parochus Becheróensis, Ablegatus Comitiorum Regni Hungariae e Districtu electionali Zboróensi, recte Makoviczaensi.

A. R. D. Julius Homa, Doctrinae Relig. Professor P. O. et Catecheta in Reg. Cath. Gymnasio Eperjesiensi, Gr. R. Catholicarum Elementarium Scholarum dioec. Inspector secundarius.

A. R. D. Innocentius Leukánics, Ordinis S. Basilii Magni Provincialis, S. Sedis Consist. Munkacsiensis et Szamosujvárensis Assessor.

A. R. D. Eduardus Rojkovics, Par. Olsaviczaensis.

A. R. D. Joannes Gojdics, Parochus Kruzslyóensis et Distr. Bártfaensis V.-A.-Diaconus.

A. R. D. Joannes Kellő, Parochus Királynépensis et V.-A.-Diaconus Distr. Eperjesiensis.

A. R. D. Alexander Kovaliczky sen., Parochus Felső-Vadászensis.

A. R. D. Michael Hucsko sen., Par. Görömbölyensis.

A. R. D. Joannes Kapisinszky, Parochus Váradkaensis et V.-A.-Diaconus Distr. Makoviczaensis.

A. R. D. Stephanus Molcsányi, Par. Jarembinaensis.

A. R. D. Ignatius Timko, Parochus Kelecsényensis.

A. R. D. Emmanuel Bihary, Parochus Pcsolinaensis et V.-A.-Diaconus Distr. Hosztoviczaensis.

A. R. D. Alexander Kovaliczky iun., Parochus Abódensis et Distr. Felső-Borsodensis emer. V.-A.-Diaconus.

A. R. D. Franciscus Tóth, Parochus Or.-Gadnaensis.

A. R. D. Joannes Kizák, Professor Praeparandiae et Praebendatus.

A. R. D. Alexander Gerbery, Parochus Eperjesiensis et Director Praeparandiae.

A. R. D. Zeno Kovaliczky, Cancellariae Dioec. Director et Secretarius Episcopalis.

A. R. D. Dionysius Kovaliczky, Par. N.-Kunchfalvaensis et V.-A.-Diaconus Scepusii inf.

A. R. D. Josephus Mihalovics, Par. Sajó-Szögedensis.

A. R. D. Petrus Habina, Parochus Sz.-Bölzseensis et V.-A.-Diaconus Distr. Cassoviaensis.

A. R. D. Ludovicus Toronszky, Parochus Csircsensis et Distr. Bukóczensis emer. V.-A.-Diaconus.

A. R. D. Michael Hucsko, Parochus Vernarensis.

A. R. D. Alexander Beszkid, Parochus Lagnóensis et Distr. Szántóensis emer. V.-A.-Diaconus.

A. R. D. Joannes Gojdics, Parochus Zuellaensis.

A. R. D. Andreas Zapotoczky, Parochus Sumjáczensis et V.-A.-Diaconus Distr. Granensis.

A. R. D. Alexander Rojkovics, Par. Heő-Kereszturensis et V.-A.-Diaconus Distr. A.-Borsodensis.

A. R. D. Andreas Mocsár, Parochus Homrogdensis et Distr. Cserehátensis emer. V.-A.-Diaconus.

A. R. D. Cornelius Mankovics, Parochus Feketekútensis et Distr. Bártfaensis emer. V.-A.-Diaconus.

A. R. D. Nicolaus Beszkid, Concipista Dioecesanus.

A. R. D. Joannes Korotnoky, Missionarius Alleghenyensis.

**Matrimonii, et Professionis Religiosae Defensor:**

Rmus ac Cl. D. Dr. Josephus Vojtovics hon. Canonicus, pag. 49.

**Notarius S. Sedis Consistorialis:**

A. R. D. Zeno Kovaliczky, Secretarius Episcopalis, S. Sedis Consist. Assessor.

**Fiscus Consistorialis:**

Spectabilis D. Constantinus Szmoligovics, Juratus Fori Utriusque, Advocatus, unaque Fiscus Dioecesanus.

**Pauperum Advocatus:**

Rmus D. Nicolaus Petricsko, Canonicus Cantor.

### Medicus:

Spectabilis D. Arpadus Lakner, medicinae Doctor et civitatis Eperjes physicus ordinarius.

**Nota.** Sessiones Consistoriales in Negotiis Publico-Ecclesiasticis diebus Mercurii, et Sabbathi, nisi aliquod impedimentum aut Festum interveniat, vel aliud exceptionem a Statuto exigat, celebrari solent.



## *TRIBUNAL*

*Vigore Apostolicae Delegationis, Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 5. Julii 1881. elargitae, causas omnes matrimoniales et Ecclesiasticas Graeci Ritus cathol. Curiae Metropolitanae Leopoliensis in secunda instantia iudicans.*

### Praeses:

Excellentissimus ac Reverendissimus Dominus Episcopus.

### Judices:

Canonici Venerabilis Capituli Ecclesiae Cathr.

### Defensor Matrimonii:

Rmus ac Cl. D. Josephus Vojtovics Ss. Can. Doctor.

### Notarius:

A. R. D. Zeno Kovaliczky, Secretarius Episcopalis, S. S. consistorialis Assessor.

### Fiscus:

Spectabilis D. Constantinus Szmoligovics, Fiscus consist.



# EXAMINATORIUM PROSYNODALE.

### Praeses:

Excellentissimus ac Reverendissimus Dominus Episcopus.

### Examinatores:

#### 1. E Theologia Morali:

Rmus D. Cornelius Kovaliczky, Praepositus Maior et Lycei Regio-Episcopalis Prodirector.

#### 2. E Theologia Pastorali:

Rmus D. Georgius Répássy, Canonicus Lector.

#### 3. E S. Ritu et administratione Parochiae:

Rmus D. Nicolaus Petricskó, Canonicus Cantor.

#### 4. E Theologia Dogmatica et Interpr. Evangeliorum:

Rmus D. Josephus Mizsicskó, Canonicus Iunior.

#### 5. E Jure Canonico et Decretis S. Concilii Tridentini:

Rmus ac Cl. D. Josephus Vojtovics, Ss. Can. Doctor.

### Supplentes Examinatores:

A. R. D. Simeon Szmandray,
A. R. et Cl. D. Eugenius Repák,
A. R. et Cl. D. Nicolaus Rusznák, Ss. Theol. Professores.



# CANCELLARIA DIOECESANA.

### Cancellariae Director:

A. R. D. Zeno Kovaliczky, Episcopalis Secr. et S.Sedis Consist. Notarius et Assessor.

### Concipista:

A. R. D. Nicolaus Beszkid, S.Sedis Consist. Assessor.

**Actuarius et Protocollista:**

R. D. Nicolaus Kanyuscsák, Presbyter.

**Cancellistae:**

D. Ervinus Bysz, clericus. D. Joannes Mitruska, clericus.

**Cursor:**

Andreas Szenko.



# OFFICIUM REVISIONIS RATIONUM

DE PECULIIS ECCLESIARUM ET SCHOLARUM.


Vigore determinationis Consistorialis de die 12. Septembris anni 1891. sub Nro 2063. latae, revisio Rationum de peculiis Ecclesiarum et Scholarum comissa est Archi-Diaconis ad quos Districtus pertinent, sub praesidio Praepositi Majoris.

**Praeses:**

Rmus D. Cornelius Kovaliczky, pag. 48.

**Revisores:**

Rmus D. Georgius Répássy, Rmus D. Andreas Hodobay, Rmus D. Nicolaus Petricsko, Rmus D. Augustinus Bacsinszky, Rmus D. Josephus Mizsicsko, pag. 48. et 49.



# LYCEUM THEOLOGICUM.

**Pro-Director:**

Rmus D. Cornelius Kovaliczky, Praep. Major una paedagogiae professor.

**Professores:**

Rmus et Cl. D. Josephus Vojtovics, Historiae et Juris Ecclesiastici et dioec. statutorum Professor P. O., SS. Canonum Doctor, pag. 49.

A. R. D. Simeon Szmandray, Theologiae Moralis et Pastoralis S. Ritus et Liturgicae Professor.

A. R. ac Cl. D. Nicolaus Rusznák, Theol. Dogm. Professor.

A. R. ac Cl. D. Eugenius Repák, Studii Biblici et Linguae Liturgicae Professor.

Sp. D. Constantinus Szmoligovics, Juris Civilis Professor.

Sp. D. Arpadus Lakner, medicinae Doctor et medicinae Pastoralis Professor.

Sp. D. Martinus Szemere, oeconomiae Professor.

## Institutum Dioecesanum ad S. Joannem Bapt. pro juventute gymnasiali.

Juvenes in Instituto hocce sustentati sunt universim 77.

**Praefectus Instituti:**

A. R. et Cl. D. Nicolaus Rusznák.

**Informator:**

R. D. Nicolaus Ladomérszky, abs. Theologus.

## INSTITUTUM PRAEPARANDIAE

PRO FUTURIS CANTORIBUS ET DOCENTIBUS.

**Director:**

A. R. D. Alexander Gerbery, una Professor, pag. 51.

*a) Praeparandia:*

**Catecheta:**

A. R. D. Zeno Kovaliczky, pag. 51. et 54.

**Professores:**

A. R. D. Joannes Kizák.
R. D. Hilarion Ilykovics.
A. R. D. Alexander Szedlák.
R. D. Nicolaus Kanyuscsák.
R. D. Stephanus Széman.
D. Guilelmus Nedved, Saecularis, docens musicae.

*b) Schola sex classium elementarium conjuncta cum Instituto Praeparandiae:*

**Catecheta:**

R. D. Nicolaus Ladomérszky, informator inst. Alumn.

**Docens:**

D. Georgius Bakajsza.

*c) Internatus praeparandiae:*

**Curator:**

A. R. D. Joannes Kizák, pag. 51.

**Informator:**

R. D. Stephanus Széman.

Juvenes in internatu sustentati sunt universim 110.



## GAZOPHYLACIUM ECCL. CATHEDRALIS.

**Praefectus:**

Rmus D. Andreas Hodobay, Abbas B. M. V. de Zebegény, canonicus custos et visitator in America Septemtrionali.

**Sacristianus:**

D. Carolus Mikulics.



## CHORUS ECCLESIAE CATHEDRALIS.

**Praebendatus:**

A. R. D. Joannes Kizák, pag. 51.

*A) Cantus figuralis.*

Chorum hunc constituunt 40 individua, e Clero Juniori, et Juventute Alumnei et Praeparandiae selecta.

**Regens chori:**

A. R. D. Joannes Kizák.

*B) Cantus Ordinarius.*

**Cantores:**

D. Georgius Bakajsza. D. Joannes Gyulai.

# BIBLIOTHECA DIOECESANA.

Bibliothecae Kovácsiano-Dioecesanae, pro Episcopatu isthoc Eperjesiensi anno 1819. fundatae, die vero 15. Augusti 1826. dotatae, ac denique virtute Benigni Diplomatis Regii ddto 12. Februarii 1830. in solenni Forma emanati Clementer confirmatae

**Bibliothecarius:**

A. R. D. Zeno Kovaliczky, Cancellariae Dioecesanae Director et Secretarius Eppalis.

**Nota.** Munificentissimus praeattactae Bibliothecae Fundator *Joannes* condam *Kovács,* primam lucem conspexit Agriae die 25. Augusti 1764. relicta vero perenni sui memoria obiit Vindobonae die 12. Aprilis anno 1834. sepultus in coemeterio advicinatae Possessionis Währing.

---

Dioecesis haec Eperjesiensis inter Parochias suas mixtas habet plurium latini Ritus Dioecesium Parochias, nimirum Agriensis, Cassoviaensis, Rosnaviaensis, et Scepusiensis; diffunditur autem per sex Cottus: Abauj-Tornaensem, Borsodensem, Gömörensem, Sárosensem, Scepusiensem et Zemplénensem; taliterque complectitur in specie:

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1. In incl. Comitatu | Abauj-Torna | Parochias | 25 |
| 2. „ „ „ | Borsod | „ | 12 |
| 3. „ „ „ | Gömör | „ | 3 |
| 4. „ „ „ | Sáros | „ | 74 |
| 5. „ „ „ | Scepus | „ | 17 |
| 6. „ „ „ | Zemplén | „ | 59 |
| | Seu universim | Parochias | 190. |

**Nota.** Episcopi Eperjesiensis jurisdictioni subsunt fideles Gr. Rit. Cath. in Comit.: Abauj-Torna, Árva, Bars, Borsod, Esztergom, Fejér, Gömör, Győr, Heves, Hont, Jász, Komárom, Liptó, Nyitra, Pest-Pilis-Solt-Kis-Kún, Pozsony, Sáros, Somogy, Sopron, Szepes, Trencsén, Turócz, Vas, Veszprém, in superioribus partibus Cottus Zemplén et in Cottu Zólyom commorantes.

**Nota.** Sumtis in condignam considerationem illis adjunctis, quod tam amplus Districtus, quam Laborczensis per unum V.-A.-Diaconum de praescripto legis et statutorum rite administrari vix possit, vigore determinationis Consistorialis de die 11. Junii anni 1902. sub Nro 1739. latae, e dicto uno Districtu duo Districtus ita formati sunt, ut Parochiae: Borró, Csertész, Csebinye-F., Habura, Krasznibród, Mezőlaborcz, Szukó et Vidrány Districtum Laborczensem, – item Parochiae: Béla-Izb. Csabalócz, Radvány-Izb., Rokitó-H., Világh, Virava et Zbojna-H. novum Districtum Világhensem efficiant et distinctis V.-A.-Diaconibus gaudeant; denique vero Parochiae: Balázsvágás et Stelbach e gremio Distr. Popradensis et Nechvaly-Polyánka e gremio Districtus Hosztoviczaensis exemtae Districtui Leutschoviaensi et resp. Homonnaensi incorporatae habentur.



# ECCLESIA EPERJESIENSIS CATHEDRALIS

## AD NATIVITATEM S. JOANNIS PRAECURSORIS ET BAPTISTAE.

Ecclesia haec, quae modo graeco-catholica cathedralis audit, quonam tempore initia coeperit, ignoratur. Ecclesia tamen haec non illius olim fuit, cuius actu est formae et extensionis; fuerat enim potius capella, nosocomio civico, eidem vicino propria, dicebaturque Ecclesia Hospitalis, cuius aditus erat e parte occidentali, seu inde, ubi nunc sanctuarium reperitur. Anno dein 1673. ex benigno mandato regis Leopoldi I. collata est ordini Minoritarum cum domo adnexa, quae modo arealem residentiae episcopalis partem constituit. Motibus Tökölianis anno 1683. exturbatis PP. Minoritis, ecclesia haec per protestantes augustanae confessionis labii slovenici occupata, usque ad annum 1686. permansit in eorundem potestate. Tunc e mandato regis Leopoldi I. dicto ordini iterum resignata in eiusdem potestate permansit usque ad annum 1787., seu cassationem monasterii Minoritarum Eperjesiensium per imperatorem Josephum II. factam.

Tempore Minoritarum ecclesia haec munificis diversorum benefactorum eleemosynis in statum florentem deducta est. Sed praecipuus omnium benefactorum huius ecclesiae habendus est Stephanus Keczer, episcopus Makariensis et prae-

positus maior capituli Magno-Varadinensis. Hic sumptibus suis ecclesiam hanc reaedificari et in illum statum, in quo etiam actu cernitur, poni curavit. Reaedificatam ecclesiam in festo S. Joannis Baptistae consecravit anno 1759. Josephus Carolus Zbisko, episcopus Tinniniensis et praepositus Scepusiensis. Anno 1788. flammis est correpta haec ecclesia, dein sumptibus aerarialibus intecta, nullam habuit destinationem, donec tandem anno 1791. vicario gr.-catholico Cassoviensi perennaliter cessa fuit. Anno 1817. in ecclesiam cathedralem evecta, nunc graeci ritus catholicam ecclesiam constituit. Anno 1835. duae laterales parecclesiae ex integro renovatae, novis aris instructae sunt, capella ad portam Protectionis. B. Mariae Virginis iam prius renovata ac instructa. Anno 1846. nova iconostasi et ara provisa ad ritum orientalem reformata est. Anno 1851-o tribus hucusque campanis addita est maior quarta. Anno 1881. intus renovata, altari et iconostasi transformatis, novis picturis et pilarum marmoratione, aliisque decorationibus splendide ornata et die 6. Januarii anno 1882. per Illmum D. Dioecesanum episcopum Nicolaum solemniter consecrata. Anno 1891. turris lamineo tecto ornata et tectum ecclesiae restauratum. In dextero latere navis ecclesiae cathedralis exstat parecclesia Exaltationi s. Crucis, in sinistro vero latere parecclesia honori SS. Apostolorum Petri et Pauli dedicata. Anno 1891. sumptibus Illustrissimi Domini Episcopi Dioecesani Joannis, Ven. Capituli atque ven. grem. cleri procuratae sunt duae campanae, quarum maior 1500 kgr. est. Patronus praedictae ecclesiae cathedralis est Sua Sacratissima Caesarea et Apostolico-Regia Maiestas.



# SERIES

## ARCHI-DIACONATUUM, DISTRICTUUM,

## VICE-ARCHIDIACONATUUM ET PAROCHIARUM.

I.

# ARCHIDIACONATUS CATHEDRALIS
## IN COMITATU SÁROSENSI.

**Archidiaconus:**

Rmus D. JOSEPHUS MIZSICSKÓ, Can. iun., pag. 49.

## I. Districtus Bártfaensis.

**Vice-Archi-Diaconus:**

A. R. D. JOANNES GOJDICS, Par. Kruzslyóensis, SS. Cons. Assessor una scholarum districtualium Inspector.

**Notarius Districtualis:**

R. D. ELIAS PETRICSKO, Parochus Kuróensis.

**Nota.** Bibliotheca Districtualis e 770 voluminibus diversi generis Operum ac Manuscriptorum constans anno 1887. per Districtum, assentiente Ordinariatu, Seminario Eperjesiensi donata est.

### Parochiae.

| | Dist. a Mat. Hor. |
|---|---|
| 1. **Bártfa** (Bartfeld, Bardijov) Lib. Reg. Civitas in Com. Sáros. – Dist. a Cath. Episc. 40 km. – In numerum Lib. reg. civitatum per Ludovicum Magnum regem a. 1370. relata. Parochia haec, antea Ecclesiae Ressóensis filialis, a matre anno 1899. avulsa, Ordinariatus determinatione ddto 26-a Februarii 1902. Nr. 692. in Curatiam localem elevata; a. 1903. vigore benigni Excelsi Ministerii Cultus decreti ddto 13. Junii Nr. 6423. systematisata. Eccla murata aedificatur e piis oblatis fidelium et Cleri totius Dioec., nec non generosa liberalitate Episcopi Dioec. atque Dionysii Com. Andrássy. – Matricas habet ab anno 1899. proprias. – Summa comp. congr. efficit 1385·80 cor. Perc. in locali officio contrib. – Lingua: Slavo-Ruthenica, Hungarica et Germanica. | |
| Administrator: R. D. *Josephus Hanulya*, V. 11. Maii 1903. Nro 2422. | |
| Cantor int.: *Andreas Oszlaczky*, pens. cantordocens. | |

| | G.R.C. | L.R.C. | A.C. | H.C. | Jud. | Dist. a Mat. Hor. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| In *Matre* .. .. .. .. .. | 540 | 3133 | 687 | 36 | 1710 | |
| In *Filialibus:* | | | | | | |
| Bártfa-Ujfalu .. .. .. .. | 49 | 455 | 4 | — | 14 | 2/4 |
| Hervartó .. .. .. .. .. .. | 9 | 348 | 2 | — | 22 | 1 |
| Hosszúrét .. .. .. .. .. | 30 | 487 | — | — | 33 | 2/4 |
| Klyussó .. .. .. .. .. .. | 11 | 680 | 3 | — | 25 | 3/4 |
| Lófalu (Kobilye) .. | 11 | 500 | 15 | — | 12 | 1 |
| Mihalyó .. .. .. .. .. .. | 6 | — | — | — | — | 3/4 |
| Richvald .. .. .. .. .. .. | 60 | 350 | 460 | — | 25 | 1 |
| Sárpatak (Mokroluh) .. | 5 | 300 | 237 | — | 18 | 2/4 |
| Siba .. .. .. .. .. .. .. .. | 3 | 412 | 5 | — | 12 | 1 |
| Zabava .. .. .. .. .. .. | 17 | — | — | — | — | 2/4 |
| Summa: | 741 | 6665 | 1413 | 36 | 1871 | |

Ultima Posta in Loco.

2. **Czigelka.** Pagus in Com. Sárosiensi. Distat a Cathedr. Episcopali 54 kilometris. — Eccl. mur. a. 1816. sumptibus communitatis aedificata ad SS. Cosmam et Damianum consecrata, anno vero 1900. ex toto renovata. Patronus: Familia comitis Stephani cond. Erdődy. Matricas habet ab anno 1779. Summa competentiae congrualis efficit 528·62 cor. Percipitur in officio. contributionali Bartfae. — Lingua: Slavo-Ruthenica.

Administrator: R. D. *Stephanus Gojdics,* V. 17. Sept. 1889. Nr. 2427.

Cantor una Docens: *Constantinus Krajnyák,* Instituti pens. docentium regnicolaris membrum.

| | G. R. C. | L. R. C. | Jud. |
|---|---|---|---|
| In *Matre* .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. | 612 | — | 20 |
| Summa: | 612 | — | 20 |

Ultima Posta: *Gáboltó.*

3. **Hrabszke.** Pagus in Com. Sáros. Distat a Cathedr. Episc. 50 kilom. — Par. Ant. — Eccl. mur. Sumptibus communitatis anno 1822. aedificata ad. S. Demetrium Mart. benedicta. — Matricas habet ab anno 1830. priorum annorum Matricis incendio absumptis. — Summa comp. congr. efficit 513·10 cor. Perc. in offo contrib. Bartfae. — Lingua: Slavo-Ruthenica.

Administrator: R. D. *Michael Csiszarik,* V. 22. Dec. 1900. Nr. 3538.

*Dist. a. Mat. Hor.*

Cantor una Docens: *Andreas Andrási.* Inst. pens. doc. regnicol. membrum.

| | G. R. C. | L. R. C. | Jud. | Dist. a Mat. Hor. |
|---|---|---|---|---|
| In *Matre,* cum Mola | 580 | 12 | 25 | |
| In *Filiali:* | | | | |
| Dujava | 3 | 3 | – | $^{3}/_{4}$ |
| Ultima Posta: *Lukó.* Summa: | 583 | 15 | 25 | |

4. **Kruzslyó**. Pagus in Com. Sáros. Anno 1338. jam exstitit. – Vide Fejér Cod. Diplom. Tom. 8. Vol. 4. pag. 308. – Dist. a Cathedr. Episc. 50 km. – Par. Ant. – Eccl. mur. 1822. ad Protectionem B. M. V. benedicta. – Patron.: Serenissimus Dominus Princeps regnans Fridericus de Anhalt dh. in Dessau. – Matricas habet ab anno 1764. Summa comp. congr. 338·17 cor. Perc. in offo contrib. Bartfae. – Lingua: Slavo-Ruthenica.

Parochus: A. R. D. *Joannes Gojdics,* V. 18. Martii 1897. Nr. 970., pag. 63.

Cantor una Docens: *Alexander Karaffa,* Inst. pens. docent. regnicol. membrum.

Docens in Filialibus Boglárka-Krive: –

| | G.R.C. | L.R C. | A.C. | H.C. | Jud. | Dist. a Mat. Hor. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| In *Matre,* cum Malleatura Máriavölgy | 571 | 12 | – | – | 13 | |
| In *Filialibus:* | | | | | | |
| Boglárka, cum Eccl. mur. ad S. Michaelem Archang. a 1836. erecta | 275 | 7 | – | – | 4 | $^{3}/_{4}$ |
| Józsefvölgy malleatura | – | – | – | – | – | $^{2}/_{2}$ |
| Krive, cum Eccl. lign. ad S. Lucam Evang., a. 1826. erecta | 247 | – | – | – | 4 | $^{2}/_{4}$ |
| Ultima Posta: *Lukó.* Summa: | 1093 | 19 | – | – | 21 | |

5. **Kuró.** Pagus in Com. Sáros. Anno 1338. jam exstitit. – Vide Fejér Cod. Diplom. Tom. 8. Vol. 4. pag. 339. – Dist. a Cath. Episc. 46 km. – Par. Ant. – Eccl. mur. ad S. Lucam Evang. a. 1814. sumptibus patronatus et e piis symbolis erecta ac benedicta. –

Matricas habet ab anno 1827., priorum annorum Matricas et archivum parochiale incendium delevit. — Summa comp. congr. efficit 432·98 cor. — Perc. in offo contrib. Bartfae. — Lingua: Slavo-Ruthenica.

Parochus: R. D. *Elias Petricskó,* V. 8. Oct. 1899. Nr. 2884. Inst. die 25. Febr. 1900.

Cantor una Docens: *Antonius Szimkó,* Inst. pens. docent. regnicol. membrum.

| | G.R.C. | L.R.C. | A.C. | H.C. | Jud. | Dist. a Mat. Hor. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| In *Matre* | 556 | 40 | 2 | — | 13 | |
| In *Filialibus:* | | | | | | |
| Gáboltó, Oppid. | 52 | 605 | 3 | — | 42 | 3/4 |
| Rokitó | 4 | 207 | 122 | — | 12 | 1 |
| Svirzsó | 27 | 300 | 54 | — | 10 | 2/4 |
| Tarnó | 5 | 327 | — | — | 18 | 3/4 |
| Summa: | 644 | 1479 | 181 | — | 95 | |

Ultima Posta: *Gáboltó.*

6. **Livó.** Pagus in Comit. Sáros. — Dist. a Cathedr. Episc. 54 km. — Par. Ant. — Eccl. mur. sumptibus et impensis tam patroni fuiti Illmi D. Comitis Stephani Forgách de Gymes et Gács, et communitatis parochialis, prout et ex piis oblatis fidelium anno 1841. erecta, eodem anno die 20. Nov. ad S. Michaelem Archang. benedicta. — Patronus: Idem qui in Kruzslyó. — Matricas habet ab anno 1788. — Summa comp. congr. efficit 549·85 cor. — Perc. in offo contrib. Bartfae. — Lingua: Slavo-Ruthenica.

Parochus: R. D. *Michael Sztulyákovics,* V. 1. Dec. 1891. Nr. 2390. I. 16. Dec. e. a.

Cantor et Docens int.: *Petrus Karaffa.*

Cantor una Doc. int. in Filiali Krizse: *Ladislaus Tarakula.*

| | G.R.C. | L.R.C. | Jud. | Dist. a Mat. Hor. |
|---|---|---|---|---|
| In *Matre,* cum Mola | 420 | 11 | 10 | |
| In *Filialibus:* | | | | |
| Livó-Hutta | 298 | 70 | 8 | 1 1/2 |
| Krizse, cum. Eccl. mur. ad Protectionem B. M. V. anno 1852. benedicta. — O. P. | 380 | 24 | 19 | 2 |
| Krizsensis Hutta Julienthal | — | — | — | 2 |
| Summa: | 1098 | 105 | 37 | |

Ultima Posta: *Lukó.*

7. **Lukó.** Pagus in Com. Sáros. Anno 1338. jam xstitit. Vide Fejér Cod. Diplom. Tom. 8. Vol. 4. pag. 09. — Dist. a Cath. Episc. 58 km. Parochia haec ante nnum 1500. jam exstitit. Eccl. mur. ad Protectionem . M. V. 1800. erecta, anno 1872. per incendium ex to deleta, anno 1873. e cineribus reaedificata, et 19. ctobris e. a. benedicta. Anno autem 1890. nova Icoostasi ornata. — Patronus: Idem qui in Kruzslyó. - Matricas habet ab anno 1729. — Summa comp. ongr. efficit 292·95 cor. Perc in offo contrib. Bartfae. — ingua: Slavo-Ruthenica.

Administrator: R. D. *Michael Beszkid,* V. 12. Apr. 387. Nr. 769.

Cantor una Docens: *Antonius Mihalics,* Inst. pens. ocent. regnicol. membrum.

| | G.R.C. | L R.C. | Jud. | *Dist. a.Mat. Hor.* |
|---|---|---|---|---|
| i *Matre* .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. | 590 | 43 | 111 | |
| In *Filialibus:* | | | | |
| lliniszka maleatura Mühlthal . .. | — | 10 | 1 | 1/4 |
| csepanka, Praedium cum Runcina | 37 | — | — | 2/4 |
| enecia, cum Eccl. lig. ad SS. Cosmam et Damianum anno 1708. erecta.. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. | 214 | 3 | 19 | 1/4 |
| Summa: | 841 | 56 | 131 | |

Ultima Posta in Loco.

8. **Malyczó.** Pagus in Com. Sáros. Anno 1338. m exstitit. Vide Fejér Cod. Diplom. Tom. 8. Vol. 4. ag. 309. Dist. a Cath. Episc. 50 km. — Par. Ant. — ccl. mur. ad Purificatam B. M. V. — Patronus: Idem ui in Kruzslyó. — Matricas Mater et Filialis Lenartó abet ab anno 1769. Filialis autem Gerlachó habet ab nno 1806. Summa comp. congr. efficit 420·73 cor. erc. in offo contr. Bartfae. -- Lingua: Slavo-Ruthenica.

Administrator: R. D. *Stephanus Nyemecz,* V. 13. lartii 1889. Nr. 775.

Cantor una Docens: *Georgius Gmitro.*

In Filiali Gerlachó Cantor una Docens: *Georgius lilly,* Inst. pens. docent. regnicol. membrum.

| | G.R.C. | L.R.C. | A.C. | Jud. | Dist. a Mat. Hor. |
|---|---|---|---|---|---|
| In *Matre* .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. | 743 | 89 | — | 51 | |
| In *Filialibus :* | | | | | |
| Gerlachó, cum Eccl. mur. ad S. Michaelem Arch. an. 1845. benedicta. — O. P. .. .. .. .. .. .. | 405 | 12 | 1 | 28 | 1/2 |
| Királykút, Educillum .. .. .. .. .. .. | — | — | — | — | 3/4 |
| Kurnácz, Mola .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. | 3 | — | — | — | 1/4 |
| Lenartó, cum Eccl. mur. utrique Ritui communi .. .. .. .. .. .. .. | 261 | 520 | — | 26 | 1/4 |
| Obrucsne, Educill. .. .. .. .. .. .. .. | 1 | — | — | 4 | 1/4 |
| Sevcsa puszta .. .. .. .. .. .. .. .. .. | 2 | 8 | — | — | 1 |
| Summa: | 1415 | 629 | 1 | 109 | |

Ultima Posta: *Lukó.*

9. **Pitrova.** Pagus in Com. Sáros. — Dist. a Cath. Episc. 50 km. — Par. Ant. — Eccl. mur. sumptibus patroni 1819. erecta, ad S. Parascevam Matrem. benedicta. — Matricas habet ab anno 1781. — Summa comp. congr. efficit 387·45 cor. Perc. in offo contrib. Bartfae. — Lingua: Slavo-Ruthenica.

Parochus: R. D. *Joannes Hauris,* V. 27. Maii 1867. Nr. 894. I. 27. Octobris e. a.

Cantor una Docens: *Josephus Takács.*

| | G.R.C. | L.R.C. | Jud. | Dist. a Mat. Hor. |
|---|---|---|---|---|
| In *Matre* .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. | 518 | 4 | 10 | |
| In *Filialibus :* | | | | |
| Fricska, cum Eccl. lig. sumpt. fidelium 1830. renovata ad S. Michaelem Archang. — O. P. .. .. .. .. .. | 410 | 4 | 9 | 2/4 |
| Summa: | 928 | 8 | 19 | |

Ultima Posta: *Gáboltó.*

10. **Ressó.** Pagus in Com. Sáros. — Dist. a Cath. Episc. 33 km. — Parochia haec anno 1600 jam exstitit. — Eccl. mur. 1826. erecta ad Protectionem B. M. V. Benedicta. — Patronus: Lib. Reg. Civitas Bártfa. — Matricas habet ab anno 1761. — Summa comp. congr. efficit 345·44 cor. Perc. e Cassa Lib. Reg. Civitatis Bártfa. Anno 1899. filialis Eccl. Bartfensis qua capellania Localis a Matre sejuncta et a. 1902. sub Nro 692.

d. Cons. resol. ad separatam Parochiam elevata. — Lin-ua: Slavo-Ruthenica.

Parochus: Rmus D. *Michael Liszonyák,* V. 18. Aug. 903. Nr. 3293., pag. 49.

Cantor una Docens int.: *Joannes Jurascsik.* Inst. ens. docent. regnicol. membrum.

| | G.R.C. | L.R.C. | A.C. | H.C. | Jud. | Dist. a.Mat. Hor. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| n *Matre* .. .. .. .. .. .. .. .. .. | 300 | 13 | — | — | — | |
| In *Filialibus:* | | | | | | |
| Iankócz .. .. .. .. .. .. .. .. .. | 21 | 95 | 210 | — | 14 | 2 |
| Kaproncza (Koprivnicza) .. | 19 | 396 | 14 | 14 | 18 | 2 |
| Pétervágás (Petrovczi) .. .. .. .. .. | 1 | 20 | 231 | 3 | 1 3/4 |
| Radvány (Radványovczi) .. .. .. | 46 | 59 | 28 | 8 | 2 |
| Tarbaj Alsó-, Praedium .. .. .. | 6 | 1 | — | — | 2/4 |
| Vlacsa, cum Eccl. mur. anno 1681. erecta et Protectioni B. M. V. dedicata .. .. .. .. .. .. .. | 109 | 10 | 38 | 7 | 1/4 |
| Summa: | 423 | 564 | 1035 | 292 | |

Ultima Posta: *Hanusfalva.*

Dist. a. Mat. Hor.

2. **Kobulnicza.** Pagus in Comit. Sáros. — Dist. a Cath. Episc. 24 km. — Par. Ant. — Eccl. mur. ad S. Mich. Archang. anno 1825. erecta et anno 1892. sumptibus benefactorum et fidelium nova Iconostasi, Altari et Prothesi provisa et interne ex toto decorata. — Patron.: Tenuta patronalia possidet D. Joannes R. Pollák israelit., dh. Girált. — Matricas habet ab anno 1770. — Summa comp. congr. efficit 550·44 cor. Perc. in offo contrib. Girált. — Lingua: Slavo-Ruthenica.

Administrator: —.

Cantor ana Docens int.: *Michael Komaniczky.*

| | G R C. | L.R.C. | A.C. | Jud. | Dist. a. Mat. Hor. |
|---|---|---|---|---|---|
| In *Matre* .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. | 121 | 10 | — | — | |
| In *Filialibus:* | | | | | |
| Dukafalva (Dukovci).. .. .. .. .. .. | 9 | 156 | 39 | 11 | 2¼ |
| Girált (Giráltovci), A. C., S. H. | 98 | 150 | 225 | 81 | ¾ |
| Karácsonmező (Kracsunovci) .. | 26 | 229 | 101 | 56 | 1½ |
| Kükemező (Kukova), A. C. .. .. | 53 | 170 | 116 | 16 | 1½ |
| Longh (Luzsani) .. .. .. .. .. .. .. | 2 | 18 | 115 | — | 1¼ |
| Lucska Tapoly-.. .. .. .. .. .. .. .. | 12 | 142 | 12 | — | 1¼ |
| Micsák (Micsakovci).. .. .. .. .. | 38 | 10 | 24 | — | ½ |
| Tarbaj, Praedium .. .. .. .. .. .. .. | 6 | 11 | — | — | ¼ |
| Vaspatak (Zeleznyik) .. .. .. .. .. | 13 | 100 | 214 | 9 | 1 |
| Zsálmány (Zselmanovci) .. .. .. | 8 | 60 | 7 | 7 | 2¾ |
| Summa: | 386 | 1056 | 853 | 180 | |

Ultima Posta: *Girált.*

3. **Lomna** (Livne). Pagus in Com. Zemplén. — Dist. a Cath. Episc. 42 km. — Par. Ant. — Eccl. mur. ad S. Mich. Archang. benedicta. — Matricas habet ab anno 1798. Summa comp. congr. efficit 376·39 cor. Perc. in offo contrib. Varannó. — Lingua: Slavo-Ruthenica.

Parochus: A. R. D. *Antonius Vaskovics,* V. 20. Apr. 1897. Nr. 1332., pag. 50.

Cantor una Docens: *Josephus Molcsán,* Inst. pens. doc. regn. membrum.

In Filiali Orosz-Krucsó Cantor una Docens int.: *Georgius Anderanyin.*

| | G.R.C. | L.R.C. | H.C. | Jud. | Dist. a.Mat. Hor. |
|---|---|---|---|---|---|
| In *Matre* .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. | 267 | 13 | 1 | 5 | |
| In *Filialibus :* | | | | | |
| Bodzás, cum Eccl. mur. sumptibus communitatis anno 1881. erecta, benedicta et S. Nicolao Episcopo dedicata. O. P. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. | 214 | 3 | — | 11 | 2/4 |
| Krucsó Orosz-, cum Eccl. mur. ad Parascevam Matrem. — Matricas habet ab a. 1785. O. P. .. .. .. .. .. | 172 | 1 | — | 14 | 3/4 |
| Volya Orosz-, cum Capella mur. sumptibus communitatis an. 1858. aedificata, benedicta et Protectioni B. M. V. dedicata.. .. .. .. .. .. .. .. | 117 | — | — | — | 1 1/4 |
| Summa: | 770 | 17 | 1 | 30 | |

Ultima Posta : *Sztropkó.*

4. **Mátyáska.** Pagus in Com. Sáros. — Dist. a Cath. Episc. 30 km. — Par. Ant. — Eccl. mur. ad S. Demetrium mart. — Anno 1876. restaurata et benedicta. — Patronus: Sp. D. Ludovicus Waymár, dh. loco. — Matricas habet ab a. 1796. — Summa comp. Conpr. efficit 409·95 cor. Perc. in offo contrib. Giráltensi. — Lingua: Slavo-Ruthenica.

Administr.: R. D. *Andreas Artim,* V. 21. Januarii 1903. Nr. 217.

Cantor una Docens int.: *Paulus Babják.*

| | G.R.C. | L.R.C. | H.C. | Jud. | Dist. a.Mat. Hor. |
|---|---|---|---|---|---|
| In *Matre* .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. | 122 | 26 | 1 | 2 | |
| In *Filialibus :* | | | | | |
| Detrik, in Comit. Zemplén, cum Eccl. mur. ad. Michaelem Arch. a. 1812. erecta. — O. P.. .. .. .. .. | 124 | 14 | — | 4 | 1 2/4 |
| Vavrinecz, in Com. Sáros. Hic loci olim exstitit Ecclesia, nunc autem tantum rudera ejus conspiciuntur | 119 | 3 | — | — | 2/4 |
| Summa: | 365 | 43 | 1 | 6 | |

Ultima Posta : *Hanusfalva.*

5. **Olsva Felső-.** Pagus in Comit. Zemplén. — Dist. a Cath. Episc. 45 km. — Par. Ant. — Eccl. mur.

| | Dist. a. Mat. Hor. |
|---|---|

ad Nativitatem S. Joannis Bapt. benedicta. — Matricas habet ab anno 1804. — Summa comp. congr. efficit 533·68 cor. Perc. in offo contrib. Varannó. — Lingua: Slavo-Ruthenica.

Administrator: R. D. *Joannes Csanda,* V. 5. Junii 1896. Nr. 1629.

Cantor una Docens int.: *Joannes Gojdics,* Inst. pens. docent. regnicol. membrum.

| | G.R.C. | L.R.C. | Jud | Dist. a. Mat. Hor. |
|---|---|---|---|---|
| In *Matre* | 330 | 30 | 6 | |
| In *Filiali:* | | | | |
| Olsva Alsó-, cum Eccl. mur. utrique Ritui communi ad Assumption. B. M. V. benedicta. — O. P. | 200 | 170 | 6 | 2/4 |
| Summa: | 530 | 200 | 12 | |

Ultima Posta: *Sztropkó.*

6. **Remenye.** Pagus in Com. Sáros. — Dist. a Cath. Episc. 24 km. — Par. Ant. — Ecclesia mur. ad Nativitatem B. M. V. benedicta. — Matricas habet ab anno 1786. — Summa comp. congr. efficit 469·14 cor. Percipitur in offo contrib. Girált. — Lingua: Slavo-Ruthenica.

Administrator: —.

Cantor una Docens int.: *Joannes Komaniczky.*

| | G.R.C. | L.R.C. | A. C. | Jud | Dist. a. Mat. Hor. |
|---|---|---|---|---|---|
| In *Matre* | 254 | 9 | 7 | 36 | |
| In *Filialibus:* | | | | | |
| Bysztra Tapoly- | 97 | 275 | 166 | 82 | 1 |
| Proszács, cum Eccl. mur. anno 1843. erecta et B. M. V. in Coelos Assumpt. dedicata | 134 | — | — | — | 2/4 |
| Vidumanecz, Educill. et Domus Sylvan. | — | — | — | — | 2/4 |
| Summa: | 485 | 284 | 173 | 118 | |

Ultima Posta: *Hanusfalva.*

7. **Valkó.** Pagus in Com. Zemplén. — Dist. a Cath. Episc. 42 km. — Par. Ant. — Eccl. mur. anno 1817. ad Protectionem B. M. V. — Patronus: Excell.

D. Com. Andreas Hadik-Barkóczy de Futak et Szala, Caes. Reg. Int. Cons. et Camerarius, dh. in Tavarna et Budapestini. -- Matricas habet ab anno 1756. – Summa comp. congr. efficit 506·92 cor. Perc. in offo contrib. Varannó. – Lingua: Slavo-Ruthenica.

Dist. a Mat. Hor.

Administrator: R. D. *Michael Szabol*, V. 4. Septembris 1900. Nr. 2309.

Cantor una Docens int.: *Andreas Orlik* jun.

| | G.R.C. | L.R.C. | A.C. | Jud. | Dist. a Mat. Hor. |
|---|---|---|---|---|---|
| In *Matre* .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. | 263 | 15 | – | 6 | |
| In *Filialibus*: | | | | | |
| Nagy-Dobra, Oppid. .. .. .. .. .. .. | 81 | 503 | 4 | 115 | $1^1/_4$ |
| Trepecz .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. | 22 | 160 | – | 12 | $^3/_4$ |
| Summa: | 366 | 678 | 4 | 133 | |

Ultima Posta: *Kelcse.*

*Summa animarum totius Districtus:*

| G.R.C. | L.R.C. | A.C. | H.C. | Jud. |
|---|---|---|---|---|
| 3325 | 2842 | 2065 | 2 | 771. |

---

## VII. Districtus Varannóensis.

### Vice-Archi-Diaconus:

A. R. D. Antonius Brinszky, Administrator Rudlyóensis, una scholarum districtualium Inspector.

### Notarius Districtualis: –.

### Parochiae.

Dist. a Mat. Hor.

1. **Agyagos** (Hlinne). Pagus in Com. Zemplén. – Dist. a Cath. Episc. 34 km. – Par. Ant. – Eccl. mur. ad Assumpt. B. M. Virg. anno 1883. sumptibus Patroni renovata. – Patr.: Illmus D. Comes. Coudenhove-Kalergi Dr. jur. et phil., dh. in Ronsperg. – Matricas habet ab a. 1786. – Summa comp. congr. efficit 469·10 cor. Perc. in offo contrib. Varannó. – Lingua: Slavo-Ruthenica.

Parochus: A. R. D. *Stephanus Adamkovics,* V. 2168., ddto 9. Aug. 1881. I. 22. Jan. 1882., pag. 50.

Cantor una Docens: *Joannes Boreczky,* Inst. pens. docent. regnicol. membrum.

In Filiali Tót-Jesztreb: *Michael Lázár.*

| | G.R.C. | L.R.C. | A.C. | H.C. | Jud. | Dist. a Mat. Hor. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| In *Matre* .. .. .. .. .. .. .. .. | 254 | 212 | 126 | — | 12 | |
| In *Filialibus:* | | | | | | |
| Aranyos-Patak (Zlatnik) .. | 102 | — | 18 | — | — | $^{2}/_{4}$ |
| Hermány Tapoly- .. .. .. | 40 | 29 | 330 | 3 | 18 | $1^{1}/_{4}$ |
| Paseczki et Zlatnyicsek, Praedium .. .. .. .. .. .. .. | 6 | 4 | 2 | — | — | $^{2}/_{4}$ |
| Tót-Jesztreb, cum Ecclesia mur. S. Trinitati dedicata utrique Ritui communi .. .. .. .. .. .. .. .. | 166 | 64 | 34 | — | 20 | $^{2}/_{4}$ |
| Summa: | 568 | 309 | 510 | 3 | 50 | |

Ultima Posta: *Zemplén-Sókut.*

2. **Csemernye-Varannó.** Pagus in Comitatu Zemplén. — Distat a Cathedr. Episc. 42 km. — Par. 1814. restabilita et per Cambium ex Possessione Juszko-Volya horsum translata. — Ecclesia murata ad Assumptionem B. M. V. — Lib. coll. Episc. — Matricas habet ab anno 1807. — Summa comp. congr. efficit 466·20 cor., equilis 126 cor. Perc. in offo contrib. Varannó. — — Lingua: Slavo-Ruthenica.

Parochus: R. D. *Adolphus Viszloczky,* V. 1876., ddto 9. Febr. sub Nr. 1185. I. e. a.

Cantor una Docens: *Antonius Spak,* Inst. pens. docent. regnicol. membrum.

| | G. R. C. | L. R. C. | A. C. | H. C. | Jud. | Dist. a Mat. Hor. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| In *Matre* .. .. .. .. .. .. .. .. | 498 | 608 | 3 | 1 | 91 | |
| In *Filialibus:* | | | | | | |
| Juszko-Volya, cum Eccl. mur. anno 1859. erecta, ad S. Demetrium Mart. — O. P. .. .. .. .. .. .. .. | 180 | 42 | — | — | 7 | $1^{2}/_{4}$ |
| Varannó, Oppid., S. H. .. | 226 | 1104 | 46 | 16 | 528 | $^{2}/_{4}$ |

| | G.R.C. | L.R.C. | A.C. | H.C. | Jud. | Dist. a.Mat. Hor. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Vehécz, cum Ecclesia mur. utrique Ritui communi | 221 | 479 | 2 | 2 | 40 | 1 |
| Summa: | 1125 | 2233 | 51 | 19 | 666 | |

Ultima Posta: *Varannó.*

3. **Csicsóka** (Csicsava). Pagus in Com. Zemplén. — Dist. a Cath. Episc. 45 km. — Par. Ant. — Eccl. mur. ad S.S. Cosmam et Damianum, anno 1881. et 1891. sumptibus Cassae misere dotatarum Ecclesiarum restaurata. — Matricas habet ab anno 1778. — Summa comp. congr. efficit 484·40 cor. Perc. in offo contrib. Varannó. — Lingua: Slavo-Ruthenica.

Administrator: R. D. *Aemilius Neviczky,* V. Nr. 3906., die 1-a Oct. 1903.

Cantor una Docens: —.

| | G.R.C. | L.R.C. | A.C. | Jud. | Dist. a.Mat. Hor. |
|---|---|---|---|---|---|
| In *Matre* .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. | 200 | 32 | — | 2 | |
| In *Filialibus:* | | | | | |
| Komarócz .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. | 150 | 138 | 30 | 22 | 2/4 |
| Krucsó Magyar- .. .. .. .. .. .. .. | 30 | 210 | 2 | 2 | 2/4 |
| Mernyik, A. C. .. .. .. .. .. .. .. | 69 | 40 | 200 | 24 | 3/4 |
| Summa: | 449 | 420 | 232 | 50 | |

Ultima Posta: *Varannó.*

4. **Kázmér Orosz-.** Pagus in Com. Zemplén. — Dist. a Cath. Episc. 40 km. — Par. Ant. — Eccl. murata ad S. Parascevam Matrem anno 1780. erecta et 1840. sumptibus Patroni restaurata et benedicta. — Patron.: Excellmus D. Com. Andreas Hadik-Barkóczy de Futak et Szala Caes. ac Reg. Camerarius dh. in Tavarna et Budapestini. — Matricas habet ab anno 1788. — Summa comp. congr. efficit 498·50 cor. Perc. in offo contrib. Varannó. — Lingua: Slavo-Ruthenica.

Administrator: —.

Cantor una Docens interimalis: *Joannes Csanda.*

| | G.R.C. | L.R.C. | A.C. | Jud. |
|---|---|---|---|---|
| In *Matre* .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. | 170 | 12 | — | 19 |

| In *Filialibus:* | G.R.C. | L.R.C. | H.C. | Jud. | *Dist. a.Mat. Hor.* |
|---|---|---|---|---|---|
| Benkócz .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. | 54 | 397 | 1 | 38 | 3/4 |
| Kajnya Tót- .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. | 52 | 239 | — | 32 | 1 |
| Kvakócz, cum Mola .. .. .. .. | 60 | 160 | 21 | 28 | 1 1/2 |
| Summa: | 336 | 808 | 22 | 117 | |

Ultima Posta: *Varannó.*

5. **Petkócz.** Pagus in Comit. Zemplén. — Dist. a Cath. Episc. 32 km. — Par. Ant. — Eccl. mur. ad S.S. Cosmam et Damianum. — Matricas habet ab anno 1807. — Summa comp. congr. efficit 492·92 cor. Perc. in offo contrib. Varannó. — Lingua: Slavo-Ruthenica.

Administrator:

Cantor una Docens int.: *Basilius Bobak.*

| | G.R.C. | L.R.C. | A.C. | H.C. | Jud. | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| In *Matre* .. .. .. .. .. .. .. .. | 132 | 10 | — | — | — | |
| In *Filialibus:* | | | | | | |
| Fekete-Patak (Csarne) .. | 40 | 72 | 330 | — | 4 | 1/4 |
| Izsép Tapoly- (Zsipov) .. | 83 | 135 | 260 | 3 | 20 | 3/4 |
| Mihalko .. .. .. .. .. .. .. .. | 210 | 52 | 115 | — | 22 | 3/4 |
| Mogyoróska (Szkrabszke) | 110 | 270 | 70 | 2 | 36 | 3/4 |
| Na Potokach .. .. .. .. .. .. | — | — | — | — | — | 3/4 |
| Pod Kopanu, Allodium .. | — | — | — | — | — | 1 |
| Sztadlo, Allodium .. .. .. | — | — | — | — | — | 2/4 |
| Summa: | 575 | 539 | 775 | 5 | 82 | |

Ultima Posta: *Zemplén-Mogyoróska.*

6. **Rudlyó.** Pagus in Com. Zemplén. — Dist. a Cath. Episc. 38 km. — Par. Ant. — Eccl. mur. anno 1822. erecta et Nativitati B. M. V. dedicata. — Patronus: Idem, qui in Agyagos. — Summa comp. congr. efficit 488·98 cor. Perc. in offo contrib. Varannó. — Lingua: Slavo-Ruthenica.

Administrator: A. R. D. *Antonius Brinszky,* V. 487., ddto 7. Martii 1888., pag. 210.

Cantor una Docens: *Joannes Hricz,* Inst. pens. doc. regn. membrum.

| | G.R.C. | L.R.C. | A.C. | Jud. |
|---|---|---|---|---|
| In *Matre* .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. | 254 | 57 | 5 | 7 |

| In *Filialibus:* | G.R.C. | L.R.C. | A.C. | Jud. | *Dist. a.Mat. Hor.* |
|---|---|---|---|---|---|
| Bárány, Educillum .. .. .. .. .. .. | — | — | — | — | $1^1/_4$ |
| Csáklyó, A. C. .. .. .. .. .. .. .. .. .. | 83 | 287 | 314 | 44 | 1 |
| Malleatura infer. et superior .. .. | 1 | 1 | — | — | 1 |
| Remető, Fodina Opalorum .. .. | 2 | 2 | — | — | $1^3/_4$ |
| Sókút Zemplén- (Szoly), A. C. .. | 196 | 330 | 351 | 87 | $^1/_4$ |
| Zamutó. — O. P. .. .. .. .. .. .. .. | 341 | 309 | 173 | 69 | 1 |
| Summa: | 877 | 986 | 843 | 207 | |

Ultima Posta: *Zemplén-Sókút.*

7. **Szedliszke.** Pagus in Comit. Zemplén. — Dist. a Cath. Episc. 46 km. — Par. Ant. — Eccl. mur. ad Protectionem B. M. V. — Matricas habet ab anno 1800. — Summa comp. congr. efficit 512·72 cor. Perc. in offo contrib. Varannó. — Lingua: Slavo-Ruthenica.

Administr.: R. D. *Michael Lukács,* V. 2. Mart. 1903. Nr. 843.

Cantor una Docens: *Elias Dzsula.*

| | G.R.C. | L.R.C. | A.C. | H.C. | Jud. | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| In *Matre* .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. | 172 | 177 | 3 | 4 | 34 | |
| In *Filialibus:* | | | | | | |
| Csicsva-Alja .. .. .. .. .. .. .. .. | 53 | 72 | 1 | — | 8 | $^1/_4$ |
| Henczócz .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. | 40 | 530 | 120 | — | 36 | $^2/_4$ |
| Majorócz .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. | 93 | 116 | 16 | 2 | 12 | $^2/_4$ |
| Varannó-Hoszúmező (Dluhe) | 90 | 154 | 210 | 3 | 24 | 1 |
| Summa: | 448 | 1049 | 350 | 9 | 114 | |

Ultima Posta: *Varannó.*

*Summa animarum totius Districtus:*

| G. R. C. | L. R. C. | A. C. | H. C. | Jud. |
|---|---|---|---|---|
| 4378 | 6344 | 2761 | 58 | 1286. |



# SACERDOS

DIOECESIS EPERJESIENSIS MUNERE PROFESSORIS FUNGENS.

**In Reg. Cath. Majori Gymnasio Eperjesini:**

A. R. D. JULIUS HOMA, Doctrinae Relig. Professor P. O. et Catecheta, Gr. Rit. Cath. Elementarium Scholarum Dioecesanus Inspector secundarius, S.S. cons. Assessor, pag. 51.



# SACERDOTES EXTRA DIOECESIM

IN AMERICA SEPTEMTRIONALI IN CURA ANIMARUM CONSTITUTI.

1. Rmus D. ANDREAS HODOBAY, Abbas B. M. V. de Zebegény, Canonicus Cathedr. Eperj. et Visitator in America Septemtrionali, dh. in Scranton. Pag. 48.

2. R. D. VLADIMIRUS MOLCSÁNYI, Curatus Clevelandensis O., Stat. Unit. Pensylvania.

3. R. P. CYRILLUS GULOVICS, Curatus Barnesboroensis, Stat. Unit. Pensylvania.

4. A. R. D. GABRIEL MÁRTYÁK, Curatus Freelandensis, Stat. Unit. Pensylvania. S.S. consist. Assessor.

5. R. D. JOANNES HALYKO, Curatus Hazletonensis, Stat. Unit. Pensylvania.

6. R. D. NICOLAUS MOLCSÁNYI, Curatus Passaicensis, Stat. Unit. Pensylvania.

7. R. D. ANTONIUS MHLEY, Curatus Lindseyensis.

8. R. D. PETRUS KESELYAK, Curatus Younkersensis.

9. R. D. ALEXIUS PETRÁSSOVICS, Curatus Braddockensis.

10. R. D. ELIAS GOJDICS, Curatus Bayonnensis.

11. A. R. D. JOANNES KOROTNOKI, Curatus Alleghenyensis, S.S. consist. Assessor. Pag. 52.

12. R. D. VICTOR MIROSSAY, Curatus M. C. Adooensis.

13. R. D. PAULUS SZTAUROVSZKY, Curatus Manassensis.

14. R. D. THEODORUS LADOMÉRSZKY, Curatus Jessupensis (Lockavanna Co.)

# ELENCHUS

## Emeritorum, ac Deficientium, Clementissima Pensione provisorum Dioecesis Eperjesiensis Sacerdotum.

| Nrus currens | Nomen et Cognomen emeriti Sacerdotis | Designatio Parochiae, cui ultimo praefuit | Annus quo ad Pensionem positus est | Locus actualis habitationis |
|---|---|---|---|---|
| 1 | A. R. D. **Joannes Kizák** | Sáros-Bukócz | 1892. | Eperjes |
| 2 | R. D. **Theodorus Pankovics** | Homonna-Rokitó | 1897. | Homonna-Rokitó |
| 3 | A. R. D. **Antonius Janitzky** | Stelbach | 1899. | Stelbach |
| 4 | R. D. **Josephus Gerbery** | Mikova | 1902. | Czigelka |
| 5 | R. D. **Chrysanthus Hodermarszky** | Felső-Jablonka | 1902. | Felső-Jablonka |
| 6 | R. D. **Antonius Petrássovics** sen. | Csabalócz | 1903. | Csabalócz |

**Nota.** Numerus *Sex* Deficientium seu Pensionatorum Sacerdotum, pro Dioecesi hac Eperjesiensi stabilitus est vigore Benignae Resolutionis Regiae, via Excelsi Consilii Regii Locumtenentialis Hungarici ddto 13. Septembris 1825. Nr. 23,432. intimatae.

# SACERDOTES JUBILARES

## DIOECESIS EPERJESIENSIS.

A. R. D. ANTONIUS JANICZKY, .. .. .. .. .. .. .. .. .. pag. 50.
Jubilans in annum 15.

A. R. D. ANTONIUS ROJKOVICS, .. .. .. .. .. .. .. .. .. pag. 50.
Jubilans in annum 13.

A. R. D. JOANNES KRISKÓ, .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. pag. 159.
Jubilans in annum 12.

A. R. D. ALOYSIUS GAGANECZ, .. .. .. .. .. .. .. .. .. pag. 50.
Jubilans in annum 4.

A. R. D. JOANNES RUSZINKÓ, .. .. .. .. .. .. .. .. .. pag. 50.
Jubilans in annum 1.



## Theologi Absoluti Ordinationem Exspectantes:

1. Burik Nicolaus
2. Ladomérszky Nicolaus
3. Maczkó Igor
4. Mankovics Paulus
5. Palicskay Joannes
6. Petrik Emilius
7. Podhajeczky Edmundus.



# SEMINARIUM CLERI JUNIORIS

## DIOECESIS EPERJESIENSIS AD ANNUNCIATIONEM B.M.V. EPERJESINI.

*Rector:*

Rmus D. Josephus Dr. Vojtovics .. .. .. .. .. .. .. .. pag. 49.

*Spiritualis:*

A. R. D. Simeon Szmandray .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. pag. 56.

*Praefectus Studiorum:*

A. R. et Cl. D. Eugenius Dr. Repák .. .. .. .. .. .. .. pag. 56.

---

## CLERUS JUNIOR:

*Theologi in annum IV.*

1. Bihary Desiderius
2. Czilly Stephanus
3. Rusznák Paulus
4. Schirilla Andreas
5. Turcsányi Nicolaus

*Theologi in annum III.*

1. Bunganics Joannes
2. Csiszarik Victor
3. Gulovics Ernestus
4. Hucskó Eugenius
5. Runtág Rudolphus

*Theologi in annum II.*

1. Csornyák Oresthes
2. Kobulniczky Cyrillus
3. Laczkó Joannes
4. Leukánics Joannes
5. Petrássevich Paulus
6. Szuchy Emilius
7. Zapotoczky Cornelius.

*Theologi in annum I.*

1. Brinszky Sigismundus
2. Dubay Julius
3. Gerbery Aladarus
4. Horváth Stephanus
5. Koscs Antonius
6. Krongh Stephanus
7. Semetkovszky Emilius
8. Szobota Josephus
9. Verdon Joannes.

## In Reg. Cath. Majori Gymnasio Studiis operam navantes:

*VIII. Classis Auditores:*

1. Chanáth Joannes
2. Kellő Nicolaus
3. Midlik Emilius.

## In Seminario Centrali Budapestino:

*Theologi in annum IV.*

1. Beszkid Nicolaus
2. Gojdics Methodius.

*Theologus in annum III.*

Ladomérszky Adolphus.

*Theologus in annum I.*

Bakajsza Alexius.

## In Seminario Strigoniensi:

*Theologus in annum III.*

Gyulai Geyza.

*Theologus in annum I.*

Petricskó Victor.

*Informator penes Institutum Dioec. ad S. Joannem Bapt. pro juventute Gymnasiali:*

Ladomérszky Nicolaus.

*Cancellistae Cancellariae Dioec.*

1. Bysz Ervinus
2. Kiss Julius
3. Mitruska Joannes.

# DOMICILIA

RELIGIOSORUM ORDINIS S. BASILII M. IN DIOECESI ET SUB JURISDICTIONE EPISCOPI EPERJESIENSI EXISTENTIA.

## 1. In Monte Bukócz, Comitatu Sárosensi (Bukova Horka).

De initiis hujus Monasterii, factaque pro eodem per Excell. cond. Comitem THOMAM SZIRMAY anno 1712. Dotatione, videatur JOANNICII BAZILOVITS Notitia Fundationis Koriathovitsianae Parte III. Cap. VIII., pag. 101.

Ecclesia Monasterialis ad Exaltationem S. Crucis; est praeterea ibidem distincta Capella pariter S. Crucis.

*Religiosus:*

A. R. P. ANTONIUS GOJDICS, Hegumenus.
Fr. JEREMIAS MÁRTYÁK.

## 2. Krasznibrod, in Comitatu Zemplén.

Uberior Notitia, et progressus hujus Monasterii hauriri potest e JOANNICII BAZILOVITS praecitati Operis Parte II. Cap. XXV., pag. 171. et seq.

Ecclesia Monasterialis ad Spiritum S.; datur hic praeterea etiam distincta Capella Protectioni B. M. V. dedicata.

*Religiosi:*

A. R. P. BASILIUS SZEGEDY, Hegumenus.
R. P. EUGENIUS SOLTÉSZ, Vicarius.
Fr. MATHEUS RUBY.

Universim 3.



# NECROLOGUS

Sacerdotum Dioecesis Eperjesiensis, intra decursum annorum 1898—1903. defunctorum.

| Nrus currens | Nomen et Cognomen Defuncti, item beneficii, quod postremo tenuit, designatio | Obiit | | | Anno | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | Die | Mense | Anno | Aetatis | Sacerdotii |
| 1 | Zapotoczky Joannes, Administrator Kelecsényensis .. .. .. | 1 | Oct. | 1898 | 58 | 29 |
| 2 | Mráz Aloysius, Administrator Kijóensis .. .. .. .. .. .. .. .. | 27 | Dec. | 1898 | 64 | 32 |
| 3 | Sztaurovszky Julius, Parochus Csertészensis .. .. .. .. .. .. .. | 27 | Mart. | 1899 | 49 | 24 |
| 4 | Janovics Augustinus, Admin. Kuróensis .. .. .. .. .. .. .. .. | 29 | Mart. | 1899 | 37 | 10 |
| 5 | Podhajeczky Antonius, Administrator Villághensis .. .. | 23 | April. | 1899 | 50 | 26 |
| 6 | Hvozdovics Vincentius, Administrator Maskóczensis .. .. | 2 | Jul. | 1899 | 73 | 43 |
| 7 | Bezeghy Joannes, Theol. Professor et Vice-Rector Sem. .. | 1 | Aug. | 1899 | 55 | 16 |
| 8 | Bihary Emmanuel sen., Administrator Psztrinaensis .. .. | 9 | Febr. | 1900 | 73 | 46 |
| 9 | Ilykovics Joannes, Parochus, Emeritus Vice-A.-Diaconus Rakaczaensis .. .. .. .. .. .. .. | 24 | Febr. | 1900 | 89 | 58 |
| 10 | Janovich Joannes, Administr. Csircsensis .. .. .. .. .. .. .. .. | 20 | Mart. | 1900 | 56 | 31 |
| 11 | Csabinyák Antonius, Administrator Klembérkensis | 8 | April. | 1900 | 39 | 13 |

| Nrus currens | Nomen et Cognomen Defuncti, item Beneficii, quod postremo tenuit, designatio | Obiit | | | Anno | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | Die | Mense | Anno | Aetatis | Sacerdotii |
| 12 | NEVICZKY ANTONIUS, Administr. F.-Jadlovaensis | 30 | Mart. | 1900 | 50 | 24 |
| 13 | KUBEK ALEXIUS, Administrator Kis-Lipnikensis | 30 | Jul. | 1900 | 40 | 13 |
| 14 | CSANDA PETRUS, Pensionat. Presbyter | 20 | Jul. | 1900 | 70 | 37 |
| 15 | CSISZARIK MICHAEL jun., Adm. Kr.-Bisztraensis | 19 | Sept. | 1900 | 58 | 32 |
| 16 | PAULOVICS ALEXANDER, Emer. Vice-A.-Diac., S. Sed. Cons. Assessor, Parochus F.-Szvidnikensis | 25 | Dec. | 1900 | 81 | 52 |
| 17 | VISZLOCZKY EUGENIUS, Adm. Repejóensis | 17 | Jan. | 1901 | 74 | 47 |
| 18 | KOTRADOV MICHAEL, Praepositus Major. | 29 | Jan. | 1901 | 70 | 43 |
| 19 | PETRÁSSOVICS PETRUS, Paroch. Miklósvágásensis, S.S. Cons. Assessor | 18 | Mart. | 1901 | 65 | 37 |
| 20 | MRÁZ ANTONIUS, Administr. Rencsissóensis | 22 | Maj. | 1901 | 51 | 24 |
| 21 | PETRÁSSOVICS ANTONIUS jun., Administr. Sztarinaensis | 18 | Aug. | 1901 | 59 | 34 |
| 22 | SASS BARTHOLOMAEUS, Can. Lector. Suae Sanct. Sum. Pontif. Praelatus domesticus | 19 | Aug. | 1901 | 61 | 35 |
| 23 | HAURISS CONST., Administrator Bodruzsalensis | 7 | Oct. | 1901 | 36 | 10 |

| Nrus currens | Nomen et Cognomen Defuncti, item beneficii, quod postremo tenuit, designatio | Obiit | | | Anno | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | Die | Mense | Anno | Aetatis | Sacerdotii |
| 24 | LUKÁCS MIHAEL, Paroch. Bajorvágásensis .. .. .. .. .. .. .. .. | 20 | Febr. | 1902 | 59 | 33 |
| 25 | HVOZDOVICS AUGUSTINUS, Par. Ressóensis .. .. .. .. .. .. .. .. | 10 | Maj. | 1902 | 70 | 41 |
| 26 | SCHIRILLA STEPHANUS, Admin. Porubkaensis.. .. .. .. .. .. .. | 22 | Maj. | 1902 | 52 | 27 |
| 27 | TÓTH VICTOR, Administrator Petkóczensis .. .. .. .. .. .. .. | 22 | Jul. | 1902 | 43 | 17 |
| 28 | REPÁK MICHAEL, Paroch. Somensis, S. Sed. Cons. Assor.. | 13 | Nov. | 1902 | 57 | 33 |
| 29 | ADZIMA ANDREAS, Canonicus Hon. emer. Vice-A.-Diaconus. S.S. Cons. Assessor. Pension. Presbyter .. .. .. .. .. .. .. .. | 12 | Dec. | 1902 | 79 | 50 |
| 30 | GULOVICS JOANNES, Canonicus Hon. emer. V.-A.-Diaconus. Administr. Viravaensis.. .. .. | 18 | Jan. | 1903 | 69 | 45 |
| 31 | DEÁK BERNARDUS, Administr. Borróensis .. .. .. .. .. .. .. .. .. | 6 | Jul. | 1903 | 74 | 46 |
| 32 | VIRAVECZ JOSEPHUS, Parochus Sztakcsinensis, emer. V.-A.-Diaconus, S.S. Cons. Assor | 25 | Sept. | 1903 | 75 | 48 |

# CONSPECTUS NUMERICUS

Dioec. Eperjesiensis Ecclesiarium, prout nimirum eaedem e solidis, vel vero ligneis materialibus erectae habentur.

| Nrus currens | In Districtu | Ecclesiae Matres | | Ecclesiae Filiales | |
|---|---|---|---|---|---|
| | | Murat. | Lign. | Murat. | Lign. |
| 1 | Bártfaensi .. .. .. .. .. .. .. | 12 | — | 7 | 2 |
| 2 | Bukóczensi .. .. .. .. .. .. .. .. | 5 | 8 | 7 | 14 |
| 3 | Eperjesiensi .. .. .. .. .. .. | 9 | — | 9 | 1 |
| 4 | Cibiniensi .. .. .. .. .. .. .. .. | 6 | — | 4 | 1 |
| 5 | Makoviczaensi .. .. .. .. .. | 8 | 4 | 6 | 6 |
| 6 | Poprádensi .. .. .. .. .. .. .. .. | 10 | 1 | 5 | — |
| 7 | Szvidnikensi .. .. .. .. .. .. .. | 7 | 3 | 10 | 3 |
| 8 | Cassoviaensi .. .. .. .. .. .. | 8 | — | 2 | — |
| 9 | Cserehátensi .. .. .. .. .. .. .. | 8 | — | 1 | — |
| 10 | Szántóensi .. .. .. .. .. .. .. .. | 5 | — | 2 | — |
| 11 | Alsó-Borsodensi .. .. .. .. | 7 | — | 2 | — |
| 12 | Felső-Borsodensi .. .. .. .. | 7 | — | 1 | — |
| 13 | Scepusii inferioris .. .. .. .. | 5 | — | 1 | — |
| 14 | Leutschoviaensi .. .. .. .. .. | 5 | — | 1 | — |
| 15 | Scepusii superioris .. .. .. | 9 | — | 2 | 1 |
| 16 | Granensi .. .. .. .. .. .. .. .. | 3 | — | — | — |
| 17 | Homonnaensi .. .. .. .. .. .. | 8 | — | 5 | — |
| 18 | Hosztoviczaensi .. .. .. .. .. | 11 | — | 5 | 3 |
| 19 | Laborczensi .. .. .. .. .. .. .. | 8 | — | 4 | — |
| 20 | Világhensi .. .. .. .. .. .. .. | 7 | — | 3 | — |
| 21 | Sztropkóensi .. .. .. .. .. .. .. | 11 | — | 11 | 7 |
| 22 | Lomnaensi .. .. .. .. .. .. .. .. | 7 | — | 6 | — |
| 23 | Varannóensi .. .. .. .. .. .. .. | 7 | — | 3 | — |
| | Summa . . .. . | 173 | 16 | 97 | 38 |



# TABELLA SUMMARIA

## Numeri Parochiarum, Filialium et Ecclesiarum Dioecesis Eperjesiensis pro Anno 1903.

| In Archi-Diaco-natibus | In Districtibus V.-A.-Diaconalibus | Parochiae | Filiales | Ecclesiae in Matribus | Ecclesiae in Filialibus |
|---|---|---|---|---|---|
| I. Cathedrali seu Sárosiensi | 1. Bártfaensi .. .. .. | 12 | 41 | 12 | 9 |
| | 2. Bukóczensi .. .. .. | 13 | 30 | 13 | 21 |
| | 3. Eperjesiensi .. .. | 9 | 125 | 9 | 10 |
| | 4. Cibiniensi .. .. .. | 6 | 68 | 6 | 5 |
| | 5. Makoviczaensi .. | 12 | 23 | 12 | 12 |
| | 6. Poprádensi.. .. .. | 11 | 31 | 11 | 5 |
| | 7. Szvidnikensi .. .. | 10 | 36 | 10 | 13 |
| | Summa: | 73 | 354 | 73 | 75 |
| II. Abauj-Torna | 1. Cassoviaensi .. .. | 8 | 136 | 8 | 2 |
| | 2. Cserehátensi .. .. | 8 | 102 | 8 | 1 |
| | 3. Szántóensi .. .. .. | 5 | 38 | 5 | 2 |
| | Summa: | 21 | 276 | 21 | 5 |
| III. Borsodensi | 1. Alsó-Borsodensi | 8 | 194 | 7 | 2 |
| | 2. Felső-Borsodensi | 7 | 91 | 7 | 1 |
| | Summa: | 15 | 285 | 14 | 3 |
| IV. Scepusiensi et Gömörensi | 1. Scepusiensi inf... | 5 | 68 | 5 | 1 |
| | 2. Leutschoviaensi.. | 5 | 44 | 5 | 1 |
| | 3. Scepusiensi sup. | 9 | 105 | 9 | 3 |
| | 4. Granensi.. .. .. .. | 3 | 64 | 3 | — |
| | Summa: | 22 | 281 | 22 | 5 |
| V. Zemplénensi | 1. Homonnaensi .. | 8 | 48 | 8 | 5 |
| | 2. Hosztoviczaensi.. | 11 | 12 | 11 | 8 |
| | 3. Laborczensi .. .. | 8 | 10 | 8 | 4 |
| | 4. Viláchensi .. .. .. | 7 | 12 | 7 | 3 |
| | 5. Sztropkóensi .. .. | 11 | 49 | 11 | 18 |
| | 6. Lomnaensi .. .. .. | 7 | 29 | 7 | 6 |
| | 7. Varannóensi .. .. | 7 | 30 | 7 | 3 |
| | Summa: | 59 | 190 | 59 | 47 |
| | Universim: | 190 | 1386 | 189 | 135 |

# TABELLA SUMMARIA

## Numeri Animarum Dioecesis Eperjesiensis pro Anno 1903.

| In Archi-Diaco-natibus | In Districtibus V.-A.-Diaco-nalibus | Animae | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | G.R.C. | L.R.C. | G. O. | A. C. | H. C. | Unit. | Jud. |
| I. Cathedrali seu Sárosensi | 1. Bártfaensi | 10098 | 10150 | — | 2815 | 51 | — | 2457 |
| | 2. Bukóczensi | 7829 | 168 | — | 2 | — | — | 800 |
| | 3. Eperjesiensi | 9269 | 39886 | — | 7133 | 550 | — | 3064 |
| | 4. Cibiniensi | 6553 | 23458 | — | 1335 | 13 | — | 1926 |
| | 5. Makovicza | 10258 | 3065 | — | 2 | — | — | 1181 |
| | 6. Poprádensi | 11611 | 4926 | — | 151 | 1 | — | 691 |
| | 7. Szvidnikensi | 6413 | 5855 | — | 492 | — | — | 1961 |
| | **Summa:** | 62031 | 87508 | — | 11930 | 615 | — | 12080 |
| II. Abauj-Tornaensi | 1. Cassoviaensi | 11026 | 67370 | 48 | 6380 | 15066 | — | 9001 |
| | 2. Cserehátensi | 7970 | 17962 | — | 1190 | 15713 | — | 2933 |
| | 3. Szántóensi | 3670 | 14114 | — | 646 | 6835 | — | 2510 |
| | **Summa:** | 22666 | 99446 | 48 | 8216 | 37614 | — | 14444 |
| III. Borsodensi | 1. Alsó-Borsod | 17721 | 592616 | 4644 | 48762 | 144097 | 24 | 187422 |
| | 2. F.-Borsod | 4547 | 29101 | — | 4012 | 16801 | — | 2171 |
| | **Summa:** | 22268 | 621717 | 4644 | 52774 | 160898 | 24 | 189593 |
| IV. Scepusiensi et Gömörensi | 1. Scepus. inf. | 9709 | 43160 | — | 8719 | 175 | — | 1834 |
| | 2. Leutschovia | 6171 | 19739 | — | 1536 | 132 | 1 | 1439 |
| | 3. Scepus sup. | 14469 | 42629 | — | 13365 | 178 | — | 3433 |
| | 4. Granensi | 5360 | 48339 | — | 29361 | 2861 | — | 4171 |
| | **Summa:** | 35709 | 153867 | — | 52981 | 3346 | 1 | 10877 |
| V. Zemplénensi | 1. Homonna | 4584 | 15869 | — | 388 | 206 | — | 1921 |
| | 2. Hosztovicza | 9083 | 4837 | — | 13 | 17 | — | 838 |
| | 3. Laborczensi | 7162 | 289 | — | 12 | 40 | — | 1246 |
| | 4. Világhensi | 5609 | 877 | — | — | 12 | — | 591 |
| | 5. Sztropkóensi | 7131 | 3333 | — | 18 | 9 | — | 582 |
| | 6. Lomnaensi | 3325 | 2842 | — | 2065 | 2 | — | 771 |
| | 7. Varannóensi | 4378 | 6344 | — | 2761 | 58 | — | 1286 |
| | **Summa:** | 41272 | 34391 | — | 5257 | 344 | — | 7235 |
| | **Universim:** | 183946 | 996929 | 4692 | 131158 | 202817 | 25 | 234229 |



# INDEX PATRONORUM

## ECCLESIARUM ET PAROCHIARUM TOTIUS DIOECESIS.

*a)*

Relate ad Episcopatum et Ecclesiam Cathedralem Eperjesiensem, hujusque Capitulum Regio Patronatus Jure gaudet Sua Majestas Sacratissima; circa reliquas vero liberae Collationi Episcopali haud obnoxias Ecclesias et Parochias, Jus Patronatus exercetur per privatos Patronatus: salvo tamen manente supremo illo, quod Suae Majestati Sacratissimae, vi advocatiae Ecclesiasticae etiam in illas eminenter competere dignoscitur, Patronatu.

*b)*

| | In Parochiis |
|---|---|
| Excels. Hung. R. Ministerium Cultus solum (Fundi Religionis Dominium Sajó-Lád) in Hejő-Keresztúr | 1 |
| Excels. Hung. R. Ministerium Financiarum solum (Excels. Aerarii Cameral. Dominium Soóvár) is Sós-Ujfalu | 1 |
| Excels. Hung. R. Minist. Cultus (Fundi Relig. Dominium Sajó-Lád) cum Excels. Hung. R. Ministerio Financiarum (Excels. Aerarii Cam. Dominium Diós-Győr) in Parochia Sajó-Petri .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. | 1 |

*c)*

| | |
|---|---|
| Andrássy Alexander Comes (Homonna, Szopkócz) .. .. | 2 |
| Andrássy Géza Comes (Mező-Laborcz, Porubka) .. .. .. | 2 |
| Andrássy Theodorus Comes (Maskócz) .. .. .. .. .. .. .. | 1 |
| Anhalt-Dessau Regnans Princeps (Kruzslyó, Livó, Lukó, Malyczó) .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. | 4 |
| Babocsay Hermanus, Sapinecz .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. | 1 |
| Bánó Nicolai Successores (Szobos) .. .. .. .. .. .. .. .. | 1 |
| Bártfa L. R. Civitas (Ressó) .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. | 1 |

| | In Parochiis |
|---|---|
| Benyovszky Ludovica Vidua et Eberhard Lippe Comes (Valyaskócz) | 1 |
| Berzeviczy Inclyt. Familia (Balázsvágás, Stellbach) | 2 |
| Beust Hedviga L. B. (Komlóska) | 1 |
| Beust Margaretha L. B. (Baskó et Szántó) | 2 |
| Bornemisza Ludovicus et Familia Dessewffy (Kijó) | 1 |
| Cassovia L. R. Civitas (Garadna) | 1 |
| Cibinium L. R. Civitas (Som) | 1 |
| Coburg-Saxo-Gotha (Sumjácz, Telgárt, Vernár) | 3 |
| Communitas localis sola (Jesztreb, Jarembina, Kamjonka) | 3 |
| Compossessoratus localis: Lagnó, Sznakó | 2 |
| Dr. juris et phil. comes Coudenhove-Kalergi (Agyagos, Rudlyó) | 2 |
| Csáky Comitum Familiae Legatarii post Comitem Antonium Vincentium Csáky (Szlovinka Alsó-) | 1 |
| Dessewffy Julii Comitis Successores (Zubna) | 1 |
| Princeps Joannes de Hohenlohe-Öhringen (Stefuró) | 1 |
| Dobránszky Adolphi Successores (Habura, Dricsna et Csertész) | 3 |
| Dreher Antonius (Horváthi) | 1 |
| Ehrenheim Francisci Successores (Vidrány) | 1 |
| Erdődy Familia (Czigelka) | 1 |
| Fábry Julius (Viskócz) | 1 |
| Flesch Sorores (Nagy-Polena) | 1 |
| Forgách Stephanus Comes (Ujváros) | 1 |
| Ghillány cond. Ladislai Successores (Fulyán) | 1 |
| Ghillány Emericus de Lázi et Bernécze L. B. (Klembérk) | 1 |
| Hadik-Barkóczy Andreas Comes de Futak et Szala (Stefanócz, Csabalócz, Virava, Kázmér Orosz-, Valkó et Királynép) | 6 |
| Henricus XXIV. Regnans Princeps (Borró, Havaj, Krasznibród, Mikova) | 4 |
| Hernád-Krompachensis Liquefactoria Ustrina Cupri et Ferri (Hradiszkó) | 1 |
| Hunyady-Csáky Sarolta Comitissa (Kojssó, Nagy-Kunchfalu, Világh) | 3 |
| Kollerich Paulus (Or.-Ruszka) | 1 |
| Lányi Gizella nupta Casimiro Wolmann (Repejő, Szukó) | 2 |
| Leutschovia L. R. Civitas (Toriszka) | 1 |
| Máriássy Familia (Zavadka) | 1 |

| | In Parochiis |
|---|---|
| Mattencloit Richard (Ab. Mogyoróska) | 1 |
| Miklós Eugenius cum Pallavicini Sigismundo (Abód) | 1 |
| Munkácsiensis Episcopus (Görömböly) | 1 |
| Pallavicini Hypolith Comes (Viszló) | 1 |
| Péchy Familia (Litény) | 1 |
| Probsztner Andreae sen. Successores (Jakabfalva-Szepes [Jakubjan]) | 1 |
| Rajszky Theodorus (Szvidnik Felső-) | 1 |
| Salamon de Alap Géza (Matiszova, Orló, Kis-Lipnik et Sztarina Fil.) | 4 |
| Salamon de Alap Attilae Successores (Ujak) | 1 |
| Schell Rudolphus L. B. (Szeszta) | 1 |
| Thonet Familia (Bisztra-Krajnya, Bodrudzsal et Medvedzse | 3 |
| Vay Tihamerus Comes (Irota) | 1 |
| Wengerszky Hugo et Victor Comites (Kőrösfő) | 1 |
| Willecz Balthasarus (Csarnó, Niklova, Váradka) | 3 |
| Zichy Jacobina Comitissa nata Com. Péchy de Péchújfalu (Bölzse) | 1 |

*Sculptor et Inaurator Dioecesanus:*

Andreas Peregrinyi, dh. Cassoviae.

*Pictor Dioecesanus:*

E. Josephus Király, dh. Cassoviae.

*Aurarius Dioecesanus:*

Augustinus Halbsch, dh. Eperjesini.



# INDEX CLERI DIOECESANI

cum designatione anni ac loci nativitatis, suscepti item ordinis Presbyteratus et muneris, aliarumque Personarum, Schematismo huic insertarum.

## A.

Pag.

**Ádámkovics Antonius,** natus anno 1861. die 11. Sept. in Puczákfalva. Ordinatus in Presbyterum a. 1887. die 6. Nov. Eodem anno die 4. Dec. sub Nro 2387. pro Capellano Jakabfalvam dispositus, anno vero 1888. die 7. Martii sub Nro 488. in Administratorem Mátyáskaensem denominatus, a. 1897. pro Administratore Zubnaensi dispositus. Uxoratus. .. 183

**Ádámkovics Stephanus,** natus anno 1836. die 11. August. in Sztropkó-Olyka, Comitatu Zemplén. Ordinatus in Presbyterum anno 1863. Anno 1865. die 1. Martii Nro 1303. pro membro conscriptionalis Commissionis G. C. animarum Cassoviam et mense Maii pro Praefecto Alumneali Eperjesinum dispositus. Eodem a. die 28. Sept. sub. Nro 1480. in Administratorem, anno 1877. die 26. Aug. Nro 2185. in Parochum Györgyösensem, eodemque anno die 9. Jan. sub Nro 1548. in Administratorem officii V.-A.-Diaconalis et die 3. Oct. sub Nro 2436. in actualem V.-A.-Diaconum Districtus Szvidnikensis, anno 1881. die 9. Aug. sub Nro 2168. in Parochum Agyagosensem et die 11. Oct. sub Nro 2722. in Assessorem S.S. Consist. et anno 1896. in V.-A.-Diaconum Districtus Varannóensis denominatus, ac demum 4-a Febr. anno 1900. Nro 293. ab officio V.-A.-Diaconali Districtus Varannóensis gratiose relevatus. Viduus. .. .. .. .. .. .. .. .. .. 211

**Andor Nicolaus,** natus anno 1856. die 16. Dec. in Piller-Peklén. Ordinatus in Presbyterum a. 1883. die 3. Dec. Eodem anno pro Capellano Felső-Zsolczam, anno vero 1884. pro int. Administratore

Pag.

ibidem dispositus. Anno 1885. in Administratorem Csukalóczensem, a. 1887. in loc. Administratorem Viszlóensem, a. 1900. in Parochum Rakaczaensem et demum anno 1901. Nr. 345. in Parochum Felső-Zsolczaensem denominatus. Uxoratus. .. .. .. .. .. 146

**Andraskó Stephanus,** natus anno 1865. die 23. Febr. in Som, Comit. Sáros. Ordinatus in Presbyterum anno 1893. die 26. Septembris. Eodem anno die 22. Oct. Nro 2943. pro Capellano ad Mucsony, et a. 1894. pro Capellano ad Sajó-Petri dispositus. Eodem anno 19. Aprilis Nro 1285. in Administratorem Orosz-Kázmérensem et a. 1903. Nro 842. in Parochum Királynépensem denominatus. Uxoratus. 81

**Andrejkovics Georgius,** natus a. 1826. die 7. Maii in Matiszova. Ordinatus in Presbyterum a. 1851. die 9. Junii, quo anno pro Cooperatore Krempachensi, a. vero 1852. pro int. Administratore Mikóházam dispositus. Eodem anno in Administratorem Décsőensem, anno 1879. in Parochum Ujakensem, anno vero 1889. die 14. Jan. Nr. 101. in S. Sedis Consist. Assessorem et anno 1890. Numero 2835. in actualem V.-A.-Diaconum Distr. Poprádensis, anno 1896. 17. Sept. in Canonicum Honor. denominatus. Viduus. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. 107

**Andrejkovics Michael,** natus a. 1868. die 24. Oct. in Décső, in Com. Sáros. Ordinatus in Presbyt. anno 1892. die 20. Nov. Eodem anno mense Dec. pro Cooperatore Szepes-Jakabfalvaensi, anno 1893. 1. Maii ibidem pro int. Administratore, eodemque anno pro Admin. Boldogkőváraljaensi dispositus, a. vero 1896. mense Aprilis in Administratorem Orlóensem denominatus. Uxoratus. .. .. .. .. .. .. 106

**Artim Andreas,** natus anno 1854. die 12. Oct. in Dubova. Ordinatus in Presbyterum anno 1879. die 7. Sept. Eodem a. die 12. Oct. pro Capellano Alsó-Szlovinkaensi, a. 1880. pro Capellano Homrogdensi, anno 1882. pro int. Administratore Littmanova-

Pag.

ensi dispositus. Anno 1887. in Administratorem Puczákfalvaensem denominatus. Anno 1890. pro Capellano Sajó-Petriènsi dispositus et anno 1891. die 3. Maii in Administratorem Valyaskóczensem, a. vero 1897. in Administratorem Medvedzsensem, a. 1900. in Kobulniczaensem, ac demum a. 1903. in Mátyáskaensem denominatus. Uxoratus. .. . .. 208

**Artim Antonius,** natus anno 1858. die 18. Jan. in Dubova, Comit. Sáros. Ordinatus in Presbyterum anno 1883. die 4. Dec. Anno 1884. pro Capellano Dubovam dispositus, eodemque anno ibidem in Administratorem ac tandem a. 1886. die 14. Mart. sub Nro 702. in loc. Administr. et anno 1893. in Parochum Boksaensem denominatus. Uxoratus. .. 108

**Artim Michael,** natus a. 1848. die 14. Oct. in Niklova. Ordinatus in Presbyterum anno 1875. die 6. Apr. Eodem a. pro Capellano Szepes-Jakabfalvam dispositus. A. 1875. die 28. Dec. in Administratorem Zdobaensem, anno vero 1877. die 29. Octobris in Parochum Becheróensem et a. 1892. in Assessorem S.S. Consist. denominatus, a. vero 1896. in Doctorem S.S. Canonum promotus. Ablegatus Comitiorum Regni Hungariae. Viduus. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. 95

## B.

**Bacsinszky Alexander de Bacsina,** natus a. 1863. die 15. Sept. in Felső-Olsva. Ordinatus in Presbyt. a. 1889. die 17. Mart. Eod. a. die 17. Sept. Nro 2429. in loc. Administratorem Décsőensem, anno vero 1891. die 23. Sept. Nro 2128. in Administratorem Kis-Lipnikensem, a. vero 1894. die 5. Junii Nro 2009. in Par. Porácsensem denominatus. Uxoratus. 156

**Bacsinszky Andreas de Bacsina,** natus a. 1840. die 28. Jan. in Maskócz, Comit. Zemplén. Ordinatus in Presbyterum anno 1867. die 24. Mart. Eodem a. die 30. Mart. Nro 1681. pro Capellano Sósújfalvaensi dispositus, dein in Administratorem Orosz-

Pag.

Kázmérensem et F.-Olsvaensem, die 8. Septembris anno 1895. in Parochum Vidrányensem denominatus. Uxoratus. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. 194

**Bacsinszky Augustinus de Bacsina,** natus a. 1830. die 7. Junii in Zubna. Ordinatus in Presbyterum a. 1855. die 18. Martii. Successive in Assessorem S.S. Consist. et anno 1873. die 4. Oct. Nro 1626. in Parochum Garadnaensem denominatus, anno vero 1900. die 6. Decembris in Canonicum Honor. ac demum die 11-a Martii a. 1902. in Canonicum Scholasticum denominatus. Viduus. .. .. .. .. .. .. 48

**Bacsinszky Stephanus de Bacsina,** natus a. 1834. die 20. Jul. in Maskócz. Ordinatus in Presb. a. 1860. die 11. Martii. Eodem a. pro Capellano Szepes-Jakabfalvam et pro Administratore Felső-Olsvam, anno 1872. pro Administratore Szolnokensi dispositus. Ab a. 1879–1892. V.-A.-Diaconus Districtus Cserehátensis. A. 1885. in Assessorem S.S. Consist. et a. 1892. in Parochum Mucsonyensem et a. 1896. in Ord. V.-A.-Diaconum denominatus. Uxoratus. 141

**Bajczura Joannes,** natus anno 1869. die 13. Aug. in Krasznibrod, Com. Zemplén. Ordinatus in Presbyterum anno 1894. die 7. Junii. Eodem anno pro Cooperatore F.-Jablonkaensi dispositus, anno vero 1896. die 14. Martii Nro 814. in Administratorem Nagy-Polenaensem denominatus. Uxoratus. .. .. .. 187

**Bakajsza Alexius.** .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. 219

**Bárdosy Adalbertus,** natus anno 1863. die 12. Mart. in Szepes-Szent-Lőrincz. Ordinatus in Presbyterum anno 1887. die 6. Nov. Anno 1888. die 19. Junii Nro 1323. pro Capellano Szepes-Jakabfalvam dispositus, a. 1889. die 27. Martii Nro 968. in Administratorem Szobosensem, anno 1891. die 13. Maii Nro 1066. in Administratorem Toriszkaensem denominatus et in Par. installatus anno 1895. Uxoratus. 163

Pag.

**Bereczky Emmanuel,** natus a. 1859. die 20. Sept. in Lagnó. Ordinatus in Presbyt. a. 1885. die 15. Febr. Eodem a. pro Capellano ad Balázsvágás et Alsó-Szlovinkam dispositus. Anno 1886. in int. Administr. Stefuróensem, a. v. 1887. in Administr. Csarnóensem denominatus. A 1893. tentamen rigorosum subivit e Theologia Morali et Pastorali. A. 1894. atque 1895. tentamina rigorosa e Jure Ecclesiastico, Historia Eccl. nec non e Jure Romano subivit, a. v. 1895. die 12. Jan. in Doctorem S.S. Canonum promotus. A. 1896. in Capellanum Suae Sanct. Summi Pont. ad Hon. denominatus. Uxoraratus. .. .. .. .. .. .. .. .. 96

**Beszkid Alexander,** natus a. 1854. die 7. Januarii in Lukó, Com. Sáros. Ordinatus in Presb. anno 1881. die 29. Dec. Anno 1882. die 4. Jan. in Administratorem Boldogkőváraljaensem, anno 1885. die 21. Maii in Parochum Szántóensem, anno 1889. die 19. Junii in Ord. V.-A.-Diaconum anno vero 1898. in Par. Lagnóensem ac demum a. 1902. in S.S. consist. Assessorem denominatus. Uxoratus .. 105

**Beszkid Michael,** natus anno 1859. die 20. Nov. in Jesztreb, Comit. Sáros. Ordinatus in Presbyterum anno 1883. die 3. Dec. Capellanus Jarembinae anno 1884 – 1885. Administrator in Medvedzse 1885 – 1887. Eodem anno ddto 12. Apr. 1887. Nro 769. in Administratorem Lukóensem erga praesentam denominatus. Uxoratus. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. 67

**Beszkid Nicolaus iun.** .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. 219

**Beszkid Nicolaus sen.,** natus a. 1864. die 10. Julii in Lagnó. Ordinatus in Presbyterum anno 1890. die 16. Nov. Eodem anno pro Capellano et anno 1892. pro int. Administratore Homonnam dispositus. Eodem anno in Administratorem Porubkaensem, anno vero 1893. in Paroch. Zubnaensem, dein anno 1897. in Parochum Lagnóensem, anno 1898. in Parochum Ab.-Szántóensem, anno 1899. in Concipistam dioec. ac demum anno 1903. in S.S. Consist. Assessorem denominatus. Viduus. .. 54

Pag.

**Bihary Alexius,** natus die 27. Apr. anno 1880. in Nagy-Polena. Ordinatus in Presbyterum die 20. Septembris anno 1903. Illico in Administratorem Porubkaensem denominatus. Uxoratus. .. .. .. .. 181

**Bihary Desiderius.** .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. 218

**Bihary Emmanuel,** natus anno 1854. die 14. Dec. in Sziget-Bölzse, Com. Abauj. Ordinatus in Presbyterum an. 1878. die 18. Dec. Anno 1879. die 9-a Apr. Nro 1260. in Administratorem Nagy-Polenaensem a. 1879. in Notarium Distr. Hosztoviczaensis, a. 1894. die 28. Jan. Nro 308. in ord. V.-A.-Diaconum ejusdem Districtus, anno vero 1896. die 5. Mart. Nro 711. in Paroch. Pcsolinaensem ac demum an. 1900. in S.S. Cons. Assessorem denominatus. Uxoratus.. .. .. .. .. .. .. .. .. 186

**Biszaha Michael,** natus anno 1859. die 1. Oct. in Lukó, Com. Sáros. Ordinatus in Presbyterum an. 1886. die 11. Julii. Eodem anno die 4. Nov. pro Cooperatore et a. 1887. die 21. Jan. pro int. Administrat. Alsó-Szlovinkam dispositus. Eodemque anno die 2. April, sub Nro 709. in loc. Administr. Orosz-Kázmérensem et a. 1892. die 4. Apr. Nro 1008. in Administr. Csicsókaensem denominatus. Nunc Administr. Scsavnikensis. Uxoratus. .. .. .. 112

**Bobák Joannes,** natus anno 1879. die 20-a Januarii in Petkócz, com. Zempl. Ordinatus in Presbyt. a. 1902. die 14-a Sept. Eodemque a. in Adstorem Falucskaensem dispositus.. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. 150

**Bogdányi Theodorus,** natus a. 1871. die 17. Febr. in Regettő, Com. Sáros. Ordinatus in Presbyt. a. 1894. die 16. Dec. Eodem anno in Capel. Homrogdensem, anno 1895. die 25. Apr. Nro 1301. in Administratorem Szedliszkensem, anno vero 1902. in Administr. Sztarinaensem nominatus. Uxoratus. 188

Pag.

**Brinszky Antonius,** natus anno 1850. die 3. Nov. in Várgony. Ordinatus in Presbyterum anno 1877. die 29. Oct. Anno 1878. die 5. Apr. Nro 1100. in Administr. Homonna-Zbojnaensem denominatus, eodem a. die 26. Oct. Nro 3135. pro int. Administratore Cassoviam dispositus; a. 1879. die 30. Sept. Nro 3013. in Administr. Mátyáskaensem, anno 1888. die 7. Martii Nro 487. in Administr. Rudlyóensem et an. 1903. in Ord. distr. Varannóensis V.-A.-Diaconum denominatus. Uxoratus. .. .. 213

**Brinszky Sigismundus.** .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. 218

**Bunganics Joannes.** .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. 218

**Burik Emilius,** natus anno 1874. die 30. Sept. in Jesztreb, Com. Sáros. Ordinatus in Presbyterum an 1898. die 13-a Oct. An. 1898. Nr. 3223. in Administratorem Mátyáskaensem, an. vero 1901. in loc. Administratorem Matiszovaensem denomin. Uxoratus. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. 106

**Burik Nicolaus.** .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. 217

**Bysz Ervinus.** .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. 55

## C.

**Chanáth Irenaeus,** natus an. 1857. die 14. Oct. in Szepes-Jakabfalva. Ordinatus in Presbyterum anno 1883. die 3. Dec. Eodem anno die 23. Dec. sub Nro 3420. pro Cooperatore Szepes-Jakabfalvam dein an. 1884. die 26. Maii sub Nro 1381. erga Praesentam pro loc. Admin. ad Krempach dispositus, dein anno 1900. Nr. 490. in Parochum Csertészensem denominatus et e. a. installatus. Uxoratus. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. 191

**Chanáth Joannes.** .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. 219

Pag.

**Chanáth Stephanus,** natus an. 1838. die 30. Junii in Vernár. Ordinatus in Presbyterium anno 1863. die 27. Aug. Nunc Parochus in Nagy-Lipnik. Uxoratus... 169

**Csanda Joannes,** natus an. 1865. die 10. Febr. in Maskócz. Ordinatus in Presbyterum a. 1891. die 19. Apr. Eodem anno pro Capellano Sajó-Petriensi dispositus et in Administratorem Szopkóczensem dein in Felső-Olsvaensem denominatus. Uxoratus... 209

**Csiszarik Alexander,** natus an 1867. die 10. Sept. in Rencsissó, Com. Sáros. Ordinatus in Presb. a. 1894. die 7. Junii. Eodem an. die 14. Julii Nro 2148. pro int. Administratore Porácsensi a. 1895. die 28. Febr. Nro 722. pro Cooperatore Szepes-Jakabfalvaensi dispositus, die 25. Apr. ejusdem anni in Administr. Semetkóczensem, anno vero 1899. Nro 1314. in Administratorem Andrejovaensem denominatus. Uxoratus... 94

**Csiszarik Michael,** sen., natus a. 1841. die 26. Sept. in Andrejova. Ordinatus in Presbyterum an. 1866. die 16. Dec. Eodem anno die 23. Dec. Nro 1808. int. Admin. Nagy-Kunchfaluensis. A. 1868. Cooperator in Szepes-Jakabfalva, die 27. Nov. Nro 1731. Administr. Kruzslyovaensis, Cooperator Ujakensis et Administrator Semetkóczensis; an. vero 1869. mense Apr. Nro 542. in loc. Administr. Matiszovaensem, demum an. 1900. Nr. 3538. in Administr. Hrabszkeensem denominatus. Viduus... 65

**Csiszarik Victor.** ... 218

**Csoma Nicolaus,** natus anno 1863. die 16. Dec. in Sumjácz, Ordinatus in Presbyterum an. 1887. die 9. Nov. 1. Jan. a. 1888. pro Cooperatore Cassoviensi dispositus. Uxoratus... 117

Pag.

Csornyák Joannes, natus a. 1846. die 31. Dec. in Jesztreb, Com. Sáros. Ordinatus in Presbyterum anno 1874. die 22. Martii. Fuit Administrator in Czigelka et Décső 1874—1876., — dein dispositus pro loc. Administratore Ortutovam an. 1876. die 5. Apr. Nro 638., — subseque anno 1881. die 11. Aug. Nro 2202. ibidem in Parochum nominatus et eodem anno die 8. Nov. Nro 3250. installatus. Viduus... .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. 110

Csornyák Orestes. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. 218

Czilly Stephanus. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. 218

D.

Danykó Nicolaus, natus anno 1865. die 18. Dec. in Porács. Ordinatus in Presbyterum anno 1890. die 9. Martii. Eodem a. die 13. Martii pro Capellano ad Mucsony et die 21. Apr. in eadem qualitate Pitrovam, anno 1891. die 27. Apr. pro int. Administratore Porácsensi dispositus. Eodem anno die 13. Maii in Administratorem Petkóczensem et anno 1892. die 1. Apr. in Administratorem Vapenikensem denominatus. Uxoratus. .. .. .. .. .. 76

Deák Alexius, natus anno 1875. die 10-a Oct. in Borró, Com. Zemplén. Ordinatus in Presbyterum anno 1899. die 17. Sept. Eodem anno pro Capellano Sajó-Petriensi dispositus atque mox in Administratorem Csicsókaensem, demum vero a. 1903. Nr. 2748. erga Praesentam pro loc. Admin. Borróensi dispositus. Uxoratus. .. .. .. .. .. .. .. .. 190

Dolhy Michael, natus anno 1849. die 13. Martii in Gerált. Ordinatus in Presbyterum anno 1876. die 1. Oct. Anno 1877. Capellanus in Ressó, a. 1884. Administrator in Csukalócz, ab anno 1885. Administrator in Kány. Uxoratus. .. .. .. .. .. .. .. .. 128

Dubay Julius. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. 218

Pag.

**Dudinszky Josephus,** natus anno 1838. die 22. Nov. in Nagy-Lipnik. Ordinatus in Presbyterum anno 1866. die 14. Jun. Eodem anno pro Capellano ad Porács, pro Administratore ad Zavadka, pro Capellano ad Sziget-Bölzse, a. 1867. die 20. Jan. pro Capellano Kamjonkam dispositus. Eodem anno die 6. Martii in Administratorem Királynépensem, a. 1868. die 20. Apr. in Admin. Oszturnaensem, a. 1882. die 11. Julii in Parochum Kamjonkaensem denominatus. Uxoratus... ... ... ... ... ... ... ... ... ... ... ... 168

## F.

